

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

2° L. SS. 45 n
(Vol. I.
Causa.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

EMO ET RMO DOMINO

CARD. SANCTI CAESAREI

PANORMITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

ALOYSII LA NUZA

SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATIS JESU

POSITIO

SUPER VIRTUTIBUS

ROMÆ MDCCLVI.

Ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

PANORMITANA

BEATIFICATIONIS, ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

ALOYSII LA NUZA

SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS JESU

INFORMATIO

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Charitate erga Deum et Proximum; Et Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in casu, et ad effectum, etc.

BEATISSIME PATER

Ad excelsum Sanctitatis Tuæ solium tandem aliquando deducitur Causa Ven. Servi Dei Aloysii la Nuza Sacerdotis Professi Societatis Jesu, Siciliæ Apostolo passim nuncupati, cujus quam singulare, sublime, et insigne sit meritum ex hoc uno, cæteris omissis, satis superque colligi, et dimetiri potest, quod sapientissimus ille non minus humanarum, quam divinarum rerum æstimator sab. mem. Clemens Papa XI. postquam anno 1715. Commissionem Introductionis hujus ejusdem Causæ de more signavit, perspectis stupendis ejus operibus, non dubitavit in hanc notabilissimam expressionem protumpere = *Veramente non sappiamo, se la Compagnia di Gesu dopo S. Francesco Saverio abbia un altro come il La Nuza* = veluti referunt tum P. Antonius Ignatius Mancusi dictæ Societatis Jesu *in Historia S. Rosaliæ typis edita Panormi anno 1721. Tom. 1. Prolegom. 4. pag. 32.*, tum P. Petrus Maria Ferreri ejusdem Societatis in suis *Instructionibus in forma Cathechismi Tom. 2. Doctrin. 28. pag. 328.* relati *in Processu Apostolico* constructo Panormi *super Fama Sanctitatis in genere fol. 325., et in Sum. super eodem Dubio pag. 32. num. 12. §. 61.*

2 Cum enim uniuique notissimum sit; quod clarissima Societatis Religio a sui exordio fœcunda semper emeritorum Virorum parens, ac nutrix innumeros recenset Heroes non minus sanctitate, quam doctrina illustres, quodque per totum, qua late patet, Terrarum Orbem diffusa, copiosa exhibet agmina Sanctorum, qui vel Apostolicis sudoribus, vel etiam proprio sanguine Catholicam Religionem omni tempore mirifice propagarunt, aut illustrarunt, quisque facile concludet, quam eximius sit Aloysii Virtutum splendor, quantus miraculorum strepitus, dum a Viro doctissimo æque, ac sapientissimo, et ipsius Christi Domini Vicario, uno excepto Sancto Francisco Xaverio, reliquis omnibus antefertur.

3 Et sane si egregia istius facinora accurate investigemus, utique fateri cogemur, quod Ven. Aloysius revera fuit indefessus Societatis Operarius, eximius Evangelicus Præco, omnibus omnia factus, irrequietus, infatigabilis, semper sui similis, integritate Angelus, ministerio Apostolus, miraculis Thaumaturgus. Nil proinde mirum si non defuit, qui illum concionantem Sanctis Bernardino Senensi, ac Vincentio Ferrerio æquiparaverit, uti liquet *ex Summario num.* 9. §. 248., *et* 254. *num.* 10 §. 9. Si Testis LXXI. asseruit *Summ. num.* 20 §. 21, quod = *Tutti di commune consenso lo stimano non solo eminente in ogni Virtù, ma arrivato al sommo della perfezione.* Si alius Testis sub juramento affirmavit *Sum. d. num.* 9 §. 159. = *Che la Provincia non si ricorda averne avuto altro simile, ed io giudico, dover passare secoli ad avere un' Uomo simile* = Si alius deponit *Sum. dicto num.* 9 §. 40, quod = *predicava come un' Apostolu, e ogni volta, che issu venia a Conigliuni, paria, che avissi vinutu lu stissu Jesu Cristu in terra, tanta era l'allegrezza, che ne facianu tutti, e l'utile, che ne ricevianu tutti li persuni della nostra Città* = Si in tanta erat populorum veneratione, ut nonnulli ipsam terram, quam pedibus calcaverat, osculari non dedignarentur. *Sum. num.* 12 §. 1 *num.* 15 §. 4 *num.* 31 §. 2. Si P. Vitalis de Vitali Socius, et Confessarius Servi Dei inquit *Sum. d. num.* 20 §. 17. = *A mio giudizio può comparrarsi, ed assomigliarsi con li primi Compagni del nostro Santo Padre Ignazio, e con li primi Eroi, che la nostra Compagnia ha avuto nell' Indie, ed Operarj insigni, che si numerano nelle nostre Istorie, che siino stati per tutto il Mondo. E quanto sin' ora ho detto di nuovo confermo con giuramento* = Si idem P. Vitalis de Vitali addit *Summ. num.* 31 §. 19, *et num.* 37 §. 27 *et seq.*, post obitum Ven. Patris talem fuisse populi devotionem erga ejus Reliquias = *Che non pochi anche Religiosi, e timorati di Dio si han voluto apparecchiare con la santa Confessione, e con altre devozioni prima di riceverle* = In quo proposito refert plura facta particularia: Si denique tum in toto Siciliæ Regno, tum alibi tritum, ac vulgare ad hunc usque diem inolevit proverbium, et usus appellandi antonomastice *Patrem La Nuza* eos omnes, qui aut Christianarum Virtutum exercitio studiosius incumbunt, aut vitam Apostolicam alacrius profitentur eodem *Summ. num.* 18 §. 30, *et* §. 213 *num.* 31 §. 49, *et* 52 *num.* 33 §. 133 *num.* 35 §. 25 28 33 40 *num.* 36 §. 6 39 49 59 81 84 88 89 92.

4 Probationes stupendarum Virtutum, et Miraculorum hujus inclyti Heroïs desumuntur ex sex Processibus, quatuor scilicet in variis Siciliæ

Lo

Locis authoritate ordinaria constructis, duobus vero Apostolicis; altero videlicet *ne pereant probationes*, altero definitivo in specie Panormi compilatis, quorum quidem omnium Validitas in Sac. Rit. Congregatione legitime discussa jam, et approbata fuit, veluti constat ex Decreto relato *Summ. num.* 3. In iis examini formiter subjecti fuerunt Testes in conspicuo numero ferme centum nonaginta, pondere, et authoritate graves, omnique exceptione majores, plerique de visu, et propria observatione deponentes, nonnulli de auditu a Videntibus, pluresque Servo Dei familiariter usi, et ad plures pluresque annos cum ipso conversati, quodque plus est in magna et ipsi Sanctitatis opinione habiti, quemadmodum apparet ex deductis ad calcem adnexi *Summarii num.* 40. Quocirca de sufficientia, plenitudine, et superabundantia probationum nullus remanet dubitandi locus. His accedit tum Processus particularis super non cultu constructus, ex quo resultant nonnulla, quæ ad præsentem casum conferunt, tum quamplurimi Scriptores ejus gesta enarrantes, quibus tamen in tanta probationum luce uti supervacaneum putamus. Superest itaque, ut tanti Viri nedum de sua Religiosa familia, verum insuper de Fide Catholica optime meriti heroicæ Virtutes infallibili hujus Sanctæ Sedis oraculo, et Decreto approbentur, quemadmodum enixe deprecamur, ad quem effectum brevem hic mirabilis ejus vitæ Epitomem, deinde Virtutes ipsas singillatim exponemus.

Vita, et Gesta Ven. Servi Dei.

5 Alicatæ meridionali Siciliæ Urbe anno salutis 1591. ex D. Joanne La Nuza Ordinis Melitensis Equite, ac Leandra Spina, nobili genere claris in lucem editus fuit Ven. Aloysius La Nuza. In hoc certe fœtu patefacere voluit Divinus Opifex immensæ suæ misericordiæ sinus, et simul ostendere, non esse apud se acceptionem personarum; nam quamvis Puer ex illegitimo concubitu procreatus fuisset, ita ut jure optimo usurpare posset illud *Psalm.* 50. = *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit mater mea* = quemadmodum pro singulari sui animi demissione postea publice, et palam non raro edicere solebat. *Summ. num.* 6. §. 21., attamen non solum reputatus fuit aptus Regno Cœlorum, verum ad sublime Sanctitatis fastigium evectus. Præfatus ejus Genitor ad occultandum hunc partum, suæque famæ consulendum opportunum duxit illum secreto transmittere Agrigentum ad effectum, ut salutari Baptismatis lavacro juxta sacrosanctos Romanæ Ecclesiæ ritus ibidem regeneraretur, prout de facto in hac Civitate baptizatus fuit, ac suo item tempore Sacramento Confirmationis in Hispania præmunitus *Summ. num.* 6. *per tot.*, *et num.* 7. §. 6. 9. 10. 11. 12. 13. 18. 46., *et seqq.* 53., *et seqq.* 116., et alibi.

6 Non multo post Joannes parens Aloysium adhuc puerulum in Hispanias secum asportavit, cumque in Civitate Cæsaraugustana idonei Præceptoris curæ commisisset, eximia animi, et corporis indole adhuc parvulus magnum aliquid portendere visus est. Nil aliud habebat in deliciis, quam Concionatores imitari, pios volutare libellos, divinas laudes percurrere, egenis opem ferre, devitare strepitum, atque frequentiam, amare recessum, quodlibet verbum, apponendo

Digitized by Google

4

ori suo custodiam, ad exactas pietatis lances expendere, habitu denique toto, incessu, gestu, et corporis compositione sanctimoniam præferre. In Siciliam deinde Genitor, Ducem Feriæ novum ejus Regni Proregem sequens, iterum regressus, filiolum quoque secum detulit; cumque iste undecimum jam annum ageret, egregium Virum Petrum Gravinam Præceptorem non minus morum, quam literarum ei dedit; sub cujus institutione tantopere in utroque genere profecit Adolescens, ut omnibus esset exemplo. Non multo post a privata palæstra in disciplinam Patrum Societatis Jesu traditus, egregiam literarum sudiis navavit operam, sed longe majores in pietate, ac timore Domini progressus faciebat: mirabilis erat ejus integritas, modestia, gravitas, ac morum suavitas: Senilem præseferebat maturitatem, pueriles aversabatur ludos, solitudinem, ac silentium amabat, oculos humi defixos perpetuo gerebat. Totus erat in frequentandis Sacramentis, in contemplandis rebus cœlestibus, in effundendis ferventibus ad Deum precibus, in quo exercitio tantam vim lacrymarum effundebat, ut illum cohibere opus fuerit. Præterea vultum frequenter humi prosternebat, qua de re ei dentes deciderunt; et adeo in oratione absorbebatur, ut in ea ipsa ætate in ecstasim quandoque raptus adinventus fuerit. Tenerum corpusculum, ultra quam par est, novis etiam excogitatis modis affligere, cibum sibi, quo egenum pasceret, subtrahere, Beatissimam Virginem tenerrimo affectu venerari, a Præceptore objurgationes, et ferulas ex industria extorquere, Sodales suis exhortationibus ad pietatem allicere nitebatur. Nec defuerunt alii egregii heroicæ mortificationis, atque humilitatis actus, quos inferius suo loco referemus. Uno verbo absolutissimum omnibus erat christianarum virtutum exemplar, ita ut ab universis tamquam Angelus merito proclamaretur. *Summ. num.* 7. *per tot. num.* 8. § 46 47. 48. *n.* 10. §. 19.

7 Demortuo anno 1605. amatissimo Genitore, veluti constat ex Epitaphio supra illius tumulum insculpto, de quo *Summ. num.* 6. §. 4. Adolescens sui juris factus, ac sibi relictus, ad perfectionis studium vehementius incensus, de capessendo Religioso Instituto cogitare cæpit. Hoc ipsum interim fecerunt tum Magister, qui in claustris Societatis Jesu receptus ad Indicas Missiones perrexit, tum ejus Famulus, qui Ordinem Patrum Reformatorum Sancti Augustini amplexus est. Quin et præfata Leandra Spina, quæ illum genuerat, præteritæ vitæ licentiam exhorrens, Monasterium Neapoli ingressa, se totam pietatis officiis, et religiosæ perfectionis exercitiis devovit, ac de virtute in virtutem in dies proficiens, eo pervenit, ut non sine Sanctitatis, et Miraculorum fama decesserit. Aloysius vero hoc intermedio tempore Angelitam potius, quam humanam vitam agens, tantam sibi existimationem, quamvis invitus, et nolens, ac præter intentionem, sibi conciliavit, ut æquales venerarentur, mirarentur majores, omnes prædicarent, seque, eo adveniente, ad modestiam, pietatemque componerent. *Summ. num.* 6. *et* 7. *per tot.*

8 Decurrebat annus 1609., ætatis vero Aloysii decimus octavus, quando post incessantes effusas ad Patrem luminum preces, et maturum Religiosæ vocationis examen, mundi illecebris abjectis, de medio Babylonis fugiens, quasi lilium in fertilissimum viridarium translatum, in castris inclytæ Societatis Jesu admissus fuit. In qua postea anno 1625. solemnem professionem explevit. E mundo exivit, ut contra illum decertaret alacrius, et serpentia vitia potentius evelleret. In novo

hoc

Digitized by Google

hoc assumpto perfectionis statu omnium plane Virtutum perfectissimum prototypon statim apparuit, atque adeo universas sanctissimi Religiosi partes implevit, ut non solum nil prorsus in eo posset reprehendi, verum insuper viva Constitutionum Societatis imago, ac subjectum, quale a Sancto Fundatore in suo Instituto desiderabat, vulgo diceretur. Præfulgebat omnibus modestia, animi demissione, afflictatione corporis, orationis studio, charitate, cæterisque Virtutibus. Completo Studiorum curriculo, Concionator factus, nedum totam Siciliam, sed et Insulas vicinas, nec non quædam Calabriæ loca per integrum triginta annorum spatium sine requie percurrens, suis Evangelicis prædicationibus, et sudoribus miraculum in modum illustravit. Excepto Missionum tempore, ut plurimum Panormi vixit. In procuranda animarum salute nulli parcebat labori, quascumque itinerum, aut temporum difficultates, incommoda, pericula, vitæque ipsius aperta discrimina ultro, libenterque subibat. In quo quidem exercitio incredibile dictu est, quot obduratos Peccatores ad viam salutis, quot obscænas, ac perditas mulieres ad continentiam, quot infideles ad ovile Christi traduxerit. Tantus erat ad illum audiendum populorum concursus, ut sæpe extra Ecclesias, et sub cælo aperto verba facere cogeretur; tanta vero Auditorum, imo et integrarum Civitatum, ipso prædicante, commotio, ut aliorum corda, et animos in manibus habere videretur. Evangelicus Præco ubique accurrens nulli prorsus personarum generi deerat; concionabatur in compitis, in plateis, militibus, inclusis in carcere, damnatis ad triremes, in Nosocomiis. Rudes fidei elementis imbuebat, eradicabat abusus, impediebat scandala, odia, et inimicitias, quæ ad intemperiem exarserant, restinguebat. Pluribus in locis Montem Calvarii in memoriam Dominicæ Passionis instituit, domos, seu Conservatoria pro mulieribus ad continentiam traductis, et pro puellis fundavit, ubiquæ suæ Sanctitatis, ferventissimi zeli, et Apostolicorum laborum perennia reliquit monumenta. De quibus omnibus fusius in suo loco disseremus, et constat ex *Summ. num.* 8. *per totum num.* 9. item *per totum*, *num.* 18. sparsim, *num.* 17. §. 50. 51., et alibi passim.

9 Par erat, ut qui nil aliud in tota vita sua, nisi Dei gloriam, et honorem præ viribus intendebat, et pro scopo unice habebat, a Deo vicissim mirifice glorificaretur juxta illud 1. *Reg.* 2. = *Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum* = Hinc non defuit Altissimus stupendis donis supernaturalibus, gratiis gratis datis, signis, et miraculis sui Famuli Sanctitatem illustriorem populis reddere, ejusque prædicationem quasi divinis sigillis confirmatam corroborare. Innumeri narrantur casus scrutationis cordium, cognitionis rerum occultarum, prædictionis futurorum, aliique consimiles supernaturales effectus. Innumera itidem recensentur prodigia, et portenta ab Aloysio adhuc vivente patrata, prout infra. Donec meritis cumulatus pondere tot laborum oppressus, morbo ex Missionum exercitio contracto cum universali, et ubique diffusa Sanctitatis Fama ad supernam Patriam evolavit die 21. Octobris anno salutis 1656., ætatis vero suæ 65.; *Summ. num.* 12. 13. 27. 28. 29. 30. 32., *et* 33. *per totos.*

De

De Heroicitate Virtutum in genere.

10 Antequam ad expendendas singulas Virtutes, earumque specificos actus, unde heroicitas desumitur, descendamus, operæ pretium censemus breviter de illis unitim, et in genere sumptis juxta morem disserere. Porro notum unicuique est, heroicitatem nil esse aliud, quam actus excellentiam supra communem operandi modum exerciti propter finem supernaturalem in iis, quæ ad Christianas spectant Virtutes juxta mentem Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. in suo celeberrimo *Opere de Servor. Dei Beatifi. etc. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 15. ubi, post relatas erudite plurium Scriptorum opiniones, tradit = *Heroicitatem nihil aliud esse, quam operis excellentiam, quæ ab ipsa Operis arduitate, ut plurimum causam habet, et originem; quæ enim communia sunt, et ordinaria; non sunt excellentia, nec excitant admirationem etc.* = Qua ratione nostræ Religionis Heroes in via Domini incedentes, intimam cum Patre luminum adhæsionem, ejusque perfectam assequuntur similitudinem juxta consilium Christi Domini *Matth.* 5. 48. = *Estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est.*

11 Quibus præsuppositis, quod Ven. Aloysius la Nuza ejusmodi perfectionis, et excellentiæ apicem in omni virtutum genere attigerit, legitime, et concludenter comprobatur tum ex eo, quod in toto suæ Vitæ decursu immunis, et expers prorsus fuerit a quacumque lethali, vel etiam levi, animo deliberato patrata culpa, itaut innocentiæ stolam in sacro regenerationis lavacro acceptam ad extremum usque spiritum illibatam, et incontaminatam detulerit; tum ex iis, quæ de eisdem Virtutibus in generali deponunt Testes paulo infra allegandi. Quo enim ad primum, sciendum est, quod ex concordi ejus intimorum sodalium, familiarium, Correligiosorum, Moderatorum, quodque plus est, Confessariorum testimonio plenissime constat, illum ad similitudinem Josiæ Regis Juda, de quo legitur 4 *Regum* 23. 25. servasse legem *in tota anima sua, in universa virtute sua*, nullum umquam divinum, aut Ecclesiasticum præceptum, nullam sui Instituti regulam, aut Superiorum mandatum violasse, uno verbo, nulla umquam toto suæ vitæ tempore gravis, immo et venialis plena deliberatione admissi peccati macula fuisse coinquinatum, veluti videre est in *Summ. num.* 10. §. 45. *num.* 14. §. 24. *num.* 18. §. 41. *num.* 20. §. 2. *num.* 21. sparsim, signanter §. 3. 4. 13. 81. 92. 96. 97. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 121. *num.* 24. §. 60.

12 Concludentius vero edocemur ex eodem *Summ. num.* 15. §. 12., ubi ex *Processu Informativo* Panormitano constructo anno 1667. deponit Pater Vitalis de Vitali Socius, et Confessarius S. D., quod = *Non solo ogni precetto, voto, regola, ordine, e cenno de' Superiori osservò perfettamente, ma ubbidì a Dio in tutte le divine ispirazioni, et ad ogni moto interno, e tocco dello Spirito Santo, per quanto io ho possuto osservare non solo delle azzioni esteriori; ma molto più dalle interne udendo le sue confessioni communemente in quei cinque anni, e mezzo, che gli fui indegno compagno; e perche veramente lo* (Deum) *amava, per questo si guardava a tutto suo potere di non dargli mai nè pure un minimo disgusto con qualche benche leggerissima imperfezzione* = Clarius testatur hoc ipsum de divinis inspirationibus iste Testis *Summ. num.* 20. §. 13., ibi = *Solea non men pratti-*

care,

Digitized by Google

sare, che insegnare l'obbedienza alle Divine ispirazioni, e toccamenti al cuore dello Spirito Santo. Onde nasceva il lasciare le parole smezzate, troncare il discorso ec. solo che gli fosse venuto scrupolo, se dovea proseguire, o nò, così anco nel mangiare lasciando il boccone, buttandolo, e lasciando il bicchiere pieno senza bere, e se camminando le pareva dovesse mutar strada, o differire il negozio, ogni cosa troncava senza rispetto alcuno = *Summ. num.* 16 §. 24 ubi Fr. Franciscus Gagliardi Coadjutor Temporalis Soc. Jesu testatur = *Nello spazio di quarant' otto anni, che io lo conoscivi, e lo pratticai, mai potti notare difetto alcuno benchè minimo in tutti li suoi azioni, nè nessuna trasgressione di minima regola di quelli nostri, li quali tutti consistono in cosi minuti* = *Num.* 20 §. 7, *et* 8, ubi sub juramento repetit d. P. Vitalis de Vitali = *Io posso affermare, che in cinque anni, e mezzo, che l'ho prattieato, e confessato quasi sempre nelle Missioni, il P. Luigi La Nuza non abbia mai commesso peccato ne anche veniale avvertentemente ec., che non ruppe mai regola alcuna almeno avvertentemente* = Eodem *num.* 20 §. 20. ubi ex supra allegato Teste LXXI. legitur = *Avendo* (Servus Dei) *per lo spazio di tanti anni pratticato con tanti Religiosi della Compagnia nostra, li quali sono d'occhio molto purgati, ed avvezzi a conoscer qualunque minimo neo di difetto, o imperfezzione pure non si trova in tutta la Provincia chi si ricordi di qualunque difetto, o imperfezzione notata, ed osservata in lui, ma tutti di commune consenso lo stimano non solo eminente in ogni virtù, ma arrivato al sommo della perfezzione.*

13 Et *num.* 21 §. 7, *et* 8 hæc habet P. Joseph Ventimiglia = *Aggiongo a tutto il passato ec., che essendoci io stato e compagno nelle Missioni, e Superiore locale, e molto tempo confessatolo; della delicatezza della sua coscienza, e delle spesse volte, che si confessava, il che era ogni giorno, e spesso due volte il giorno, nelle quali confessioni, con tutto, che vi fossero molte cose fatte da lui nel secolo, posso affermare con ogni sincerità d'aver fatto concetto, che il P. Luigi mai perse la grazia Battesimale, perchè se cosa grave avesse fatto dalle minuzie, che diceva nelle confessioni tanto spesse volte repetite, l'averia detto, e se ne averia confessato* = Eodem *num.* 21 §. 81 Testis XC. = *Mai si è saputo, che il P. Luigi abbia trasgredito alcuna delle nostre regole in tanti anni, che visse in Religione, ed essendo queste di cose minute* = Et *num.* 24 §. 31 addit idem Testis XC. = *Il P. Luigi La Nuza era purissimo di coscienza, e faceva conto d'ogni minimo pensiero, che li passava nella testa, anzi mi dicevano li suoi Compagni, che non contento di confessarsi ogni mattina, molte volte tra giorno pregavali ad udire la sua confessione, e questo lo faceva due, e tre volte il giorno, con tutto che il Confessore gli dicesse, che si quietasse, che non vi era materia d'assoluzione* = Dicto *num.* 21 §. 108 ex Processu Informativo Agrigentino Testis XXVIII. = *Nell' osservanza delle nostre regole, le quali consistono in alcune minuzie, era sopramodo delicato, e osservante, non potendo l'occhi di tante persone notare in lui una minima trasgressione di Regola.* Denique eodem *num.* 21 §. 118 119 inquit P. Marius Dominici, ibi = *L'ho conosciuto di più per tutto il tempo, che visse nella nostra Compagnia dal mille seicento nove, sino al presente anno mille seicento cinquantasei, ne mi ricordo con averci fatto longhissima riflessione, averli possuto notare una benchè minima imperfezzione, o inosservanza delle*

Digitized by Google

nostre Regole, e di più in tal concetto è stato sempre costantemente tenuto da tutti; nè mai ho sentito alcuno affermare qualche cosa contraria al suddetto, anzi confermare universalmente questo sentimento.

14 Attenta ejusmodi illibata Servi Dei innocentia, et exemptione a quocumque plene deliberato defectu, de legitimo consequenti succedit, illum omnium plane Christianarum Virtutum cumulo in gradu heroico fuisse exornatum, veluti deducitur ex fundatissima doctrina Cardinalis de Aguirre *tractat. de Virtutibus, et vitiis disp.* 12 *quæst.* 3 *sect.* 5 *num.* 49, ubi, postquam præmisit, existentiam virtutum per se inditarum non posse exterius apparere per se ipsam, utpote res animo impressa, ac proinde dignoscendam esse per effecta, sive opera, aut actiones externas, et verba juxta illud Christi Domini: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*, optime ad rem ita prosequitur = *Quisquis enim e Catholicis diuturno, et constanti vitæ progressu invenitur semper agere juxta præcepta communia, et peculiaria sui status, neque unquam omittere illorum observantiam, merito existimatur præditus virtutibus inditis. Quisquis vero non præcepta solum, sed consilia Evangelica semper, et toto animi conatu deprehenditur observasse usque ad ultimum vitæ momentum, neque unquam declinasse ab ea difficili, et angusta via verbo, facto, aut omissione, idque judicio communi omnium tantam vitæ perfectionem admirantium in mortali homine, is sane probabiliter creditur fuisse præditus Virtutibus per se inditis in gradu heroico, immo etiam virtutibus acquisitis in eodem gradu, quoniam in homine justo consuetudo actionum honestarum vivida, et robusta absque intermissione simul auget moraliter virtutes per se inditas, et physice virtutes acquisitas.*

15 Consonat tum D. Dionysius *de Divin. nomin. cap.* 12, per quem Sanctimonia = *Nihil aliud est, quam ab omni immunditia libera, perfecta, et immaculata munditia* = tum Cardinalis Bona *tract. de princ. vitæ Christianæ part.* 1 *cap.* 49 ibi = *Consistit igitur Sanctitas in omnimoda puritate, et immobili cum Deo unione, quæ arctissimo amoris nexu perficitur, cum expurgata anima ab omni rubigine terrenorum affectuum, cunctisque rebus celsior, eam justitiæ perfectionem adepta est, ut vere, et secure audeat dicere cum Apostolo = Quis me separabit a charitate Christi etc.?* Tum Auditores Rotæ *in Relatione Sancti Aloysii Gonzagæ* §. 1 de ejus Sanctitate, tum denique omnibus luculentius prælaudatus Sanctissimus Dominus Noster in *citat. Opere lib.* 3 *cap.* 22 *num.* 19 *et seq.*, ubi examinata funditus hac doctrina restricte ad causas Beatificationis, et Canonizationis, et loquendo ad tramites inveteratæ Sacræ Congregationis praxis, et consuetudinis, cujus est apprime informatus, postquam advertit, in hoc gravissimo negotio nequaquam sufficere ad hunc effectum solas Confessatiorum attestationes, sed ulterius requiri, ut istorum testimoniis accedant plures alii Testes, qui tam de continua, et numquam interrupta vitæ innocentia, quam de singularibus externis actibus, nec non de promptitudine, facilitate, et delectabilitate in illis exercendis deponant, prout abunde verificatur in casu nostro, in terminis concludit, quod in hac hypothesi = *Non videtur aliquod deesse ad approbationem virtutum requisitum in ordine ad Beatificationem, et Canonizationem. Licet enim non doceatur de actibus arduis in particulari admirationem excitantibus, tota nihilominus vitæ series, continuataque innocentia per integrum vitæ cursum media inter pericula peccandi, quibus expositi sunt illi, qui degunt in humanis una cum exacta ob-*

ser-

Digitized by Google

servantia præceptorum, et consiliorum ; arduitatem constituunt , et considerantibus admirationem ingerunt .

16 Et re ipsa si prædicta casui nostro applicemus , nemo certe absque summa admiratione, et stupore percipere potest, Ven. P. Aloysium la Nuza per diuturnum sexaginta quinque annorum suœ vitæ decursum usque adeo firmiter suo supremo Factori inhæsisse, ut , quamvis in plurimis locis vixerit, inter densissimas populorum turbas fere semper expositus fuerit, innumeros oculos in se conjectos habuerit , cum innumeris itidem omnis generis , ordinis , et conditionis hominibus egerit , in quibus quamplurimi occurrebant pervicaces peccatores , perditæ, et effrontes mulieres, obcæcati Infideles ; attamen omnes peccandi occasiones, laqueos , incitamenta , illecebras , tentationes , et insidias, quæ illum undequaque circumdabant , præcaverit , atque effugerit, seseque immunem, et illibatum a quacumque levissima culpa , et defectu servaverit , nullum unquam ex tot mandatis , præceptis , et consiliis Evangelicis humanæ fragilitati durissimis violaverit . Absque eo , quod illum aut peccata cujuscumque generis , quæ audiebat, aut scandala, quæ intuebatur, aut honores et plausus, cum quibus ubique excipiebatur , quidpiam inficerent , abducerent , aut commoverent . Quod si juxta considerationem Cardinalis de Laurea *disp.*32.*de Virt. heroic. art.*6. *num.*18. *et seq.* = *Omnes fideles conantur peni us reprimere passiones , et paucissimi ad hoc perveniunt ; ideo qui id assequuntur, dicuntur heroes , et similes Deo* = Quamobrem merito interrogat Ecclesiasticus *cap.* 31. = *Quis est hic , et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua, qui p tuit transgredi, et non est transgressus, facere mali, et non fecit* = Quisque per se manifesto deducet quanto potiori jure mirabilis sit, attentis expositis circumstantiis , descripta , atque adeo concludenter comprobata innocentia Servi Dei, et immunitas a quocumque defectu , cum jure optimo aliqua ex parte militet in casu præsenti id , quod super Sancto Job *lib.* 2. *Moralium scribit* S. Gregorius Papa , ibi = *Neque enim valde laudabile est , bonum esse cum bonis , sed bonum esse cum malis . Sicut enim gravioris culpæ est , inter bonos bonum non esse , ita immensi est præconii bonum etiam inter malos extitisse .*

17 Concludendo itaque , cum juxta inconcussam doctrinam Tridentini *sess.* 6.*cap.* 7. Virtutes Theologales, fides, spes , et charitas in Baptismo infundantur homini = *per Jesum Christum, cui inseritur* = cumque ad tradita per Divum Thomam *t.* 2. *quæst.* 65. *art.* 3. *in corp.* una cum charitate simul infundantur omnes virtutes morales , quo loco loquendo de istis idem Sanctus Doctor expresse docet , ibi = *Tota lex impleri non potest, nisi per omnes virtutes morales, quia lex præcipit de omnibus actibus virtutum, ut dicitur in* 5. *Ethicorum* = Nimirum *c.* 2. *post medium*, ibi = *Nam lex secundum unamquamque virtutem vivere jubet, secundum unumquodque vitium prohibet* = aliunde vero æque certum, et indubitatum fit, quod prædictæ virtutes nonnisi per peccatum mortale amittuntur, consequitur , Ven Dei Servum illas usquequaque ad ultimam suæ vitæ periodum retinuisse, et quidem in gradu heroico, habendo præ oculis prædictas circumstantias, et doctrinas ; itaut omni cum fundamento æquiparari possit tum Josue, qui, uti habetur *Josue* 11. 15. = *Universa complevit : non præteriit de universis mandatis nec unum quidem verbum, quod jusserat Dominus Moysi* = tum Sancto Prophetæ Samueli , de quo legitur Ecclesiastici 46. 22. quod = *Non accusavit illum homo* = tum Sanctis Zaccariæ ,

Digitized by Google

et Elisabeth, qui veluti dicitur *in Evangelio Luce* 2. 6. = *erant justi ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, et justificationibus Domini sine querela*; tum denique Sancto Malachiæ, de quo testatur S. Bernardus in ejus vita *cap.* 19. ibi = *At vero in Malachia quis unquam, etiamsi curiosius observarit, deprehendit otiosum non dico verbum, sed nutum? quis manum, pedemque moventem frustra? Immo quid non ædificans in ejus incessu, aspectu, habitu, vultu?*

18 Sed nec minus evincunt in Servo Dei easdem virtutes in gradu heroico unanimiter Testes in præsenti *Summario* sparsim, speciatim *num.* 7. §. 1. 8. 95. *num.* 8. §. 10. 12. 28. 43. 44. 48. 49. 50., *et num.* 22. §. 34. *et seq.*; ubi religiosissimus Pater Joannes Scorso Soc. Jesu hæc notabilia deponit = *Intorno al Padre Luigi la Nuza di santa memoria dico primieramente quello, che per fama comune, quasi da tutti si sà: Essere egli stato un gran Servo di Dio, un Uomo Apostolico, pieno di Spirito Santo, Promotore, et Amplificatore della Gloria Divina; anelante di continuo alla salute delle Anime; distaccato da tutte le cose del Mondo, dispreggiatore di se stesso, amico della Santa povertà, e della Croce di Cristo, e segnalato in tutte le segnalate virtù* = *et num.* 10. *per tot.*, ubi ex Processu Informativo Panormitano anni 1667. Testis III. hæc habet §. 2. = *Tirò* (la sua vita) *in tutti l'anni, che visse con una continuata perfezzione, e perpetuo esercizio di ogni sorta di virtù, sicchè da tutta la Compagnia, e dalli Padri più gravi di essa, e Uomini di gran spirito, e virtù era tenuto in concetto di gran Santo* = Testis XXIX. §. 12. = *Io conosco il Padre la Nuza per molto tempo, cioè per anni trenta, il quale visse, e morì nella Compagnia con concetto appresso li nostri di consumata perfezzione, e di Virtù sempre continuata, e mai interrotta, et eminente in tutte le virtù* = Testis XXXII. §. 13. = *Hò conosciuto il Padre Luigi la Nuza per Uomo di virtù singolarissima, per un gran Servo di Dio, e per tale è stimato da tutti comunemente.*

19 Testis LXIV. §. 17. *et seq.* = *Io sò, chè il P. La Nuza fù pieno di tutte le virtù non solo per fama publica, e voce comune d'ogni sorte di persone Secolari, Religiose, è molto più della Compagnia, ma perchè pratticando con lui domesticamente notte, e giorno il vedevo fiorire, et avanzarsi vieppiù nella perfezione, ed esercizio di esse virtù Christiane, e religiose in modo, che più volte in vita, e dopo morte di lui pensando meco stesso, mi parevà, e mi pare, che nel Padre la Nuza le Virtù sante facessero à gara, quale di esse fosse in grado più perfetto* = Testis LXVI. §. 20. et 21. = *Hò conosciuto, e pratticato il Padre Luigi la Nuza di felice memoria in molti luoghi etc. tenuto communemente da tutti li Religiosi della Compagnia per Uomo di Virtù singolare, e per Uomo di somma carità* = Testis LXXXV. §. 25. = *S'ha per fama comune d'essere stato illustre in tutte le virtù christiane, ed essere stato sempre stimato, come un Santo* = Ex Processu Informativo Panormitano compilato anno 1660. Testis XX. *Summ. d. num.* 10. §. 29. = *Da tutti li nostri della Compagnia communemente era tenuto in concetto di ottimo, e perfetto religioso, anzi tale, quale descrivesi dal nostro Santo Padre Ignazio nelle Costituzioni un Uomo della Compagnia segnalato in ogni virtù* = Ex Processu Apostolico *ne pereant probationes* confirmat Testis I. *d. num.* §. 49. = *Sapere, che le virtù esercitate dal Servo di Dio furono esercitate in grado Eroico, ed eccellente* = Testis VIII. §. 55. = *Che le sopradette persone Professo-*

ri

Digitized by Google

rù di Mistica, affermavano, che le virtù osservate, e pratticate dal Padre la Nuza furono in grado Eroico, ed eccellente, Concordant passim alii Testes studio brevitatis omissi, quorum dicta habentur eodem *Sum. num.* 11. §. 114. *num.* 16. §. 30. *num.* 17. §. 88. *n.* 20. §. 8., *et seq.* 15., *et seq.* 21. 22. *num.* 21. §. 1. 101. *n.* 22. §. 55. 56. *num.* 23. §. 115. 128. *num.* 24. §. 64. *et seq. num.* 34. §. 43. necnon Menologium, de quo *Summ. num.* 33. *in fine.*

De Virtutibus Teologalibus,

ET PRIMO

DE FIDE

20 Fides, quæ juxta S. Ambrosium *lib.* 2. *de Cain., et Abel. cap.* 2. = *est Virtutum omnium radix*, et teste D. Augustino *sermon.* 38. *de tempore* = *Bonorum omnium fundamentum, ac humanæ salutis initium* = Quibus consonat Tridentinum *sess.* 6. *cap.* 8. *de justificat.* Et rationem reddit Angelicus Doctor 2. 2. *quæst.* 4. *art.* 7., quod scilicet necesse sit, ut ultimus finis prius sit in intellectu, quam in voluntate, quia nequit voluntas in aliquid ferri, *nisi prout est ab intellectu apprehensum*, undequaque firma, profunda, perfecta, ac mirabilis fuit in Servo Dei veluti unanimiter deponunt testes in præsenti *Summ. num.* 11. *per tot.*, speciatim §. 26., ubi Testis LXIV. Processus informativi compilati anno 1667. nempe supra memoratus P. Vitalis de Vitali ex longa plurium annorum observatione testatur, sibi = *Io stimo, che il Padre la Nuza havesse havuto una fede soda, e purissima* = Testis LXXXV. §. 58. = *Fu Uomo di mirabil fede ec.* Ex Processu confecto in Civitate Drepani Testis I. §. 115. = *In questa Virtù* (della Fede) *fu sempre ammirabile, e come era avvezzo per il dono dell'altissima contemplazione, che havea, a conoscere con chiaro lume tutti li divini Misterj, l'aveva altamente impressi nell' animo, e ne parlava, come se evidentemente, ed attualmente li vedesse* = Eodem modo loquuntur frequentissime alii Testes infra indicandi.

21 Quia vero hujus Virtutis habitus utpote in intelectu residens non ex actibus internis, quos Theologi *elicitos* vocant, et in intimis animi recessibus delitescunt, sed unice ab externis, qui *imperati* dicuntur, et exterius se produnt, quique sub Ecclesiæ judicium cadunt, tamquam sensibilibus signis erui, deduci, ac discerni potest juxta monitum Christi Domini *Matth.* 7. = *a fructibus eorum cognoscetis eos* = et Jacobi Apostoli *cap.* 2. = *Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam* = hinc iidem actus externi, qui heroicitatem hujus virtutis in Servo Dei demonstrant, describendi veniunt. Itaque notandum in primis est, quod Ven. Pater Catholicæ Religionis mysteria, quibus a nativitate imbutus fuerat, adeo firmiter semper credidit, et illorum veritati adhæsit, ut non modo per totum suæ vitæ curriculum ab illis nec levissime deflexerit, non modo ullum unquam verbum ab iisdem dissonans ei vel inter concionandum, vel in familiaribus colloquiis, vel in scriptis exciderit; non modo illa externe confessus fuerit *Summ. num.* 7. §. 6. 7. 19. *n.* 8. §. 27. *n.* 9. §. 137. *n.* 10.

Digitized by Google

§. 27. 56, *seq.*, *dicto num.* 11. sparsim, *num.* 17. §. 88. verum insuper de illis tam vive, tantaque cum claritate disserebat, ut eorumdem veritatem oculis corporeis intueri videretur, quemadmodum jam indicatum est, et *Summ. dicto num.* 11. uno ore contestantur paulo ante citatus Testis 64. § 27. = ibi = *Aveva una fede tanto eminente, che li Misterj della Santa Fede non solamente li credeva, come gli altri, ma con tanta vivacità, e perfezzione, che pareva li vedesse più tosto, che credesse. Così lo notavo io bene spesso, quando egli adorava il Santissimo Sagramento, massime celebrando, e quando era esposto, così puramente adorando l'Imagine della Santissima Trinità, o di Cristo Nostro Signore, o della Beata Vergine, o delli Santi ec.* = Et testis 90. §. 72, *et seq.* = ibi = *Mostrò ancora questa eccellenza di fede ec. per il modo, con il quale predicava li punti principali della nostra Santa Fede, come li Misterj della vita, e morte santissima del nostro Redentore, e delli Novissimi, cioè Paradiso, Inferno, Giudizio finale, Purgatorio, e Giudizio particolare, che succede nel fine della morte, quali articoli esagerava con tanta vivezza, come se l'avesse veduto* = lisdem terminis utuntur passim alii Testes.

22 Quæ sane tam viva, et quasi dixerim intuitiva cognitio Mysteriorum fidei, eminentiam hujus Virtutis in dicto Servo Dei absque dubio evincit, cum, experientia teste, miseri mortales edoceamur, quantis in tenebris ex primorum parentum peccato obvolutus reperiatur humanus intellectus, itaut nonnisi *per speculum, et in ænigmate* res alterius vitæ perspiciamus. Ac proinde omnino tenendum est, Dei Servum fuisse divinitus cumulatum eo Spiritus Sancti dono, quod donum *Intellectus* appellatur, quodque efficit, ut quamvis ea, quæ sunt objectum Fidei, videri non possint, attamen adeo vive, et firmiter credantur, ut verificari valeat illud *Micheæ* 3. = *Nox nobis pro visione erit* = Ad tramites doctrinæ S. Bonaventuræ *in Tractat. de dono Intellectus cap.* 3o. *Oper. tom.* 6., ubi ita scribit = *Cum veritates necessariæ ad salutem sint nobis absconditæ, et quasi velatæ tam in rerum naturis, quam in Sacris Scripturis, quam in divinis Sacramentis, et figuris, in tantum, ut intellectus humanus sine adjutorio supernaturalis luminis non possit ad eas apprehendendas plene pertingere, planum est, quod necesse fuit, ut Spiritus Sanctus intellectui humano superadderet aliquod lumen supernaturale, quo velamina dictarum veritatum penetraret, et veritates absconditas apprehenderet, et eas sic nobis manifestaret; quod utique Spiritus Sanctus facit, dum nobis donum Intellectus inspirat.*

23 Ejusdem fidei effectus absque dubio erat ea sollicitudo, et indefessa cura Servi Dei edocendi pueros, ac rudes Christianam Cathechesim, quam non raro et inter concionandum explicabat, frequenter tempus animo relaxando destinatum in ejusmodi exercitio insumebat, quodque mirabilius est, sub aperto aere, imbribus undique decidentibus, immotus in illa pueris explananda persistebat, nulla habita ratione sui incommodi, ac periculi, id quod quantopere Deo acceptum fuerit, evidentibus Miraculis contestari dignatus est, quæ omnia colliguntur ex *Sum. num.* 9. §. 81., *et seq.* §. 100. 173. 208. *n.* 11. §. 28. 29. 30. 60. 61. 117. *ad* 120. 129. *num.* 18. §. 230. *num.* 23. §. 69.

24 Univocum itidem ejusdem virtutis in gradu heroico indicium erat in Servo Dei perpetuum illud studium, et industria traducendi infideles Servos, qui in Sicilia reperiebantur, ad lumen Evangelii, in qua re

in-

Digitized by Google

incredibile dictu est, quantopere adlaboraverit, quas artes, et stratagemata adhibuerit, quæ subierit incommoda. Nil sane intactum, nil intentatum relinquebat, ut illos Christo lucrifaceret. Eosdem obsequiis, cibariis, munusculis, bellariis, eleemosynis præveniebat, quo sibi demereretur, illorum curam, et patrocinium lubentissime suscipiebat, indigentiis sive spiritualibus, sive temporalibus consulebat, illos sæpe in stabulis, aliisque locis immundis, et fætidis, et quidem fervidioribus meridianis horis temporis æstivi non sine intolerabili incommodo conveniebat, absens Amicis, et Sociis per literas commendabat; Absque eo, quod illorum vel pervicacia, vel resistentia in suscipiendo sacro Baptismate, vel inurbanitas, et durities, vel etiam contumeliosa verba a proposito deterrerent, aut segniorem redderent, quos, ut firmius in fide stabiliret, jam ad Ecclesiam reductos nunquam deserebat. In morte demum, exclusis nobilibus, illos solummodo admittere, et peramanter accipere voluit. Tantoque charitatis æstu erga illos ferebatur, ut et stupenda Miracula ad eorum duritiem vicendam patraverit. De facto quamplurimos ab Infidelitatis tenebris ad lucem veritatis, et ovile Christi reduxit. *Summ. num.* 9. §. 104. 164. 203. *num.* 11. §. 8. *ad* 13. §. 19. 20. 21. 31. 32. 33. *ad* 56. §. 76. *ad* 83. §. 88. *ad* 96. §. 104. 121. *ad* 128. *num.* 14. §. 25. 27. *num.* 18. §. 28. 34., *ad* §. 37. 97. 98. 149. 150. 151. 152. 153. 164. 181. 228., 229. *n.* 19. §. 1. 95. 102. *ad* 104. *n.* 20. §. 32. 33. 34. 35. 36. 37. *et seq. n.* 23. § 99. 100., 102. 103, *et seq. num.* 26. §. 71. 81. 82. 91. *num.* 33. §. 20. 21. 22. 76. 77. 78. 79. Quæ certe sollicitudo Servi Dei perfectissimam ejus fidem ad evidentiam ostendit, uti cuilibet consideranti patet, et tradunt Scacc. *de Not., et sign. Sanctitat. sect.* 3. *cap.* 1. *pag.* 178., Card. de Laurea *in* 3. *Sententiarum disput.* 32. *de Virtut. heroic. num.* 334., Mattheucc. *in practic. Theolog. Canonic. tit.* 2. *cap.* 2. §. 1. *vers.* 7. *num.* 19. *pag.* 47., aliisque passim.

a5 Ejusdem fidei habitum in gradu sublimi comprobat tum intensum orationis studium, cui ab ineunte ætate ad ultimum vitæ articulum incessanter vacavit, prout inferius §. 37., *et* §. 45. fusius exponemus, veluti infertur ex *Psalmo* 55. 10. *In quacumque die invocavero te, ecce cognovi, quia Deus meus es tu* = et ex Martial. *lib.* 8. *epigr.* 24. = *Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus, Non facit ille Deus, qui rogat, ille facit.* = Unde inquit citatus Emus de Laurea *Tom.* 2. *disput.* 32. *num.* 9. *de Virtut.* §. *unic.* = *Maximum Fidei signum est maxima, et non cessans oratio* =; tum et congruentius ea singularis devotio, et ferventissimus affectus erga augustissimum Eucharitiæ Sacramentum, ad quod summo spiritus ardore, et maxima corporis compositione jam inde a teneris annis non sine adstantium admiratione, et ædificatione accedebat necnon sollicite, et irrequiete *quasi cervus ad fontes aquarum* anhelabat. Tam in Sæculo, quam in Religione existens illud frequentissime visitabat, multasque horas ante illud orans insumebat. Adolescens religiosissime sacrosancto Missæ Sacrificio intererat; Sacerdos factus tanta cum devotione, ac veneratione Sacrum, quod nunquam quod potuit, omisit, celebrabat, ut videretur Christum Dominum sub speciebus Sacramentalibus velatum intueri potius, quam credere. Dum Eucharistico pane vescebatur, inexplicabilibus perfundebatur internis deliciis, juges effundebat lacrymas, cælestibus gratiis ditabatur. Non defuerunt inter celebrandum raptus, aliaque superna signa. Ejusdem Sacramenti devotionem non minus dictis, et suasionibus quam exemplo præ viribus

pro-

Digitized by Google

propagare, atque in aliorum animis instillare perpetuo studuit. Denique in articulo mortis constitutus summa cum veneratione, et pietate extrema Sacramenta, et præcipue sacrum Viaticum recepit. Quæ omnia resultant ex *Sum. num.* 7. §. 17. 20. 21. 27. 33. 69. 107. *num.* 16. §. 5. 15. 52. 61. 62. *n.* 17. sparsim, *n.* 23. §. 60. *n.* 33. §. 43. 45. 71. 104, et alibi passim. Porro ejusmodi miralibis devotio necessario ex fide tamquam ex radice provenit, illamque vivissimam demonstrat, utpote quæ in Deum absconditum fertur juxta illud *Isaiæ* 45. 15. = *Vere tu es Deus absconditus* = sive illud 1. *Petri* 1. = *In quem nunc quoque non videntes creditis* = Quam maximi vero facienda, et æstimanda veniat hæc eadem devotio, clare desumitur ex his, quæ afferemus infra sub titulo *de Justitia* §. 73. 74.

26 Ulterius notandum est, quod cum juxta doctrinam præcitati Angelici Doctoris *dicta* 2. 2. *quæst.* 4. *art.* 5. fides perfecta esse non possit, nisi sit Charitate formata, quatenus nempe et intellectus semper feratur in verum, et voluntas ordinetur ad illud tamquam ad bonum, seu finem ultimum. inde est, quod heroicitas istius Virtutis clarissime desumitur ab exactissima observantia mandatorum Dei, et Ecclesiæ nec non Constitutionum proprii Instituti, et illibata innocentia S. D., de qua fuse disseruimus supra §. 11., *et seq.*, nec non infra §. 71, *et seq.* 78, *et seq.* Quocirca ad rem monet Sanctus Gregorius *homil.* 29. *in Evangel.* = *Vera fides est, quæ in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit etc. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complemus* = et Sanctus Laurentius Justinianus *Titul. de Fide cap.* 1. = *Nisi homo carnalis illustretur lumine fidei, non potest se continere a peccatis, nec justificari; quia justus ex fide vivit*; et congruit tum id, quod legitur *Eccles.* 32. 28. = *Qui credit Deo, attendit mandatis* = tum id, quod legitur 1. *Joannis* 2. *vers.* 4. = *Qui dicit, se nosse eum, et mandata ejus non custodit, mendax est* = *et cap.* 5. *vers.* 4. = *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, Fides nostra.*

27 Ad eandem fidei perfectionem pertinet juxta doctrinam S. Antonini *in summa part.* 4. *tit.* 8. *cap.* 3. §. 7., quod quis primo alta de Deo sentiat: secundo caduca pro æterno præmio contemnat: tertio in adversis non deficiat, sed in Deo confidat: quarto a bono opere non desistat: Ad firmata vero per Matthæucc. *In Practica Theolog. Can. tit.* 2. *cap.* 2. §. 1. frequens usus Sacramenti Pœnitentiæ, perfecta subjectio ad Romanam Ecclesiam, ejusque caput Romanum Pontificem, fervens zelus salutis animarum, maceratio proprii corporis per jejunia, vigilias, cilicia, flagellationes, famem, sitim, similesque austeritates, cultus Latriæ erga Deum, patientia in tribulationibus, et adversis juxta illud Jacobi in sua Epistola *cap.* 1. = *Probatio fidei vestræ patientiam operatur*, humilitas, et vilis sui æstimatio, rerum terrenarum contemptus, cura, et sollicitudo subveniendi Proximis etiam in temporalibus, cætera denique bona virtutum opera ob finem supernaturalem peracta, cum omnia sint ejusdem effectus, et fructus, eique tribuantur tamquam regulæ, quæ objecta proponit, ipsosque actus dirigit, et dictat. In quo sensu S. Joann. Chrisost. *homil.* 37. *in Joannem* Fidem appellat = *Matrem bonorum operum* = Et apposite S. Laurentius Justinianus *de fide cap.* 3. advertit = *Credere Deum, est credere, eum esse, credere Deo, est credere, eum vera dicere: at credere in Deum est credendo amare: credendo ad Deum ire* = Et merito; nam uti monet S. Jacobus Apostolus in sua Epistol.

Digitized by Google

stol. *cap.* 2. *vers.* 14., *et* 26. = *Quid proderit, Fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat etc.*, *sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est* = Hæc autem omnia cumulative, ac plenissime in Servo Dei concurrunt, quemadmodum passim constant ex adnexo *Summario* signanter *dicto num.* 11. *per totum*, et partim suis respectivis locis inferius discutiemus. Cumque enunciati actus prompte, expedite, et alacriter supra communem operandi modum, prout sese offerebat occasio, fuerint ab eodem Servo Dei eliciti; itaut in admirationem alios communiter rapuerint, eique summam conciliaverint venerationem, de illorum heroicitate, juxta regulas supra constitutas dubitandum non erit.

28 Confirmatur ulterius excellentia fidei Ven. Patris ex abundantia cœlestium donorum, et charismatum, quibus a superno Patre luminum cumulatus fuit, scrutationis scilicet cordium, discretionis Spirituum, Prophetiæ, manifestationis rerum occultarum, ecstasum, raptuum, replicationis corporis, et similium, de quibus late infra sub suo titulo §. 120. *ad plures seqq.* Quamvis enim hujusmodi dona non sint univoca, et indubitata fidei divinæ argumenta, utpote quæ hominibus etiam malis, immo et infidelibus convenire possunt; nihilominus cum in casu nostro Virtutes Servi Dei aliunde ad exuberantiam comprobentur, eadem vivissimam illius Fidem mirifice manifestant, atque illustrant, ut ex se patet.

29 Postremum tandem, atque omnium invictissimum heroicæ fidei argumentum est virtus operandi Miracula juxta promissionem Christi Domini suis Discipulis factam, de qua Matth. 17. 19. = *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, et dicetis monti huic transi hinc illuc, transibit, et nihil impossibile erit vobis* = Et Marci 16. 17. = *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis etc., super ægros manus imponent, et bene habebunt* = Cujus rei rationem reddit D. Thomas 2. 2. *quæst.* 28. *art.* 1. *ad* 5., ibi = *Operatio Miraculorum attribuitur Fidei propter duo: primo quidem, quia ordinatur ad fidei confirmationem: Secundo quia procedit ex Dei omnipotentia, cui Fides innititur* = Et Suarez *Tract. de Fide disp.* 8. *sect.* 1. scite docet, Fidem miraculorum quoad assentiam esse actum Fidei Theologicæ, quo Deum esse omnipotentem, et in promissis fidelem credimus. Profecto si ad tradita per S Gyprianum *de Exhortat. Martyr. sub* §. 10. = *Fides tantum accipit a Deo, quantum credit* = fateri cogimur, quod sublimissima, et heroica fuerit Fides Ven. Aloysii, qui non solum post mortem, sed etiam in humanis agens virtute patrandi miracula amplissime decoratus fuit. Quamvis autem humillimus Vir illa præ viribus occultare, aut obscurare niteretur; attamen in tanto numero, et multitudine sese offerunt, ut in infinitum sane procederemus, si universa persequi, ac describere velimus. Hinc summariam istorum indicationem adnectimus, quæ fusius cum suis portentosis circumstantiis relata legi possunt in adnexo *Summario num.* 9. §. 81., *et seqq.* §. 208. *num.* 11. §. 4. 5. 6. 8., *et seq.* 21. 22. 23. 39., *et seqq.* 64., *et seqq.* 75. 78., *et seqq.* 117., *et seqq.* 129., *et seq. num.* 12. *per totum*, *num.* 13. item *per tot. num.* 17. §. 94. *num.* 18. sparsim, signanter §. 53. *ad* 70. 185. 206. 224. *num.* 19. §. 6. 9. 11., *et seqq. num.* 20. §. 39 *num.* 21. §. 20. 28., *num.* 26. §. 21. 22. 23. 84. 88. 138. 139. 190, *et seqq. num.* 27. §. 85. 86. *num.* 31. §. 28

29.

Digitized by Google

29. 30. 39. *num.* 35. §. 20., *et* 45. *num.* 37. §. 63. 64. *num.* 38. §. 218., et alibi.

30 Quibus in locis respective occurrunt miraculosæ vini, panis, hordei, aliarumque rerum multiplicationes virtute ejus fidei operatæ, coctiones pulmentorum, instantanea productio piscis cocti ad petitionem cujusdam Infidelis mancipii, vini vitiari, et acidi immutatio in bonum ad ejus benedictionem, perceptio ejus vocis in distantia quingentorum passuum, prodigiosæ sanationes a fluxibus sanguinis, ab herniis, ab incurabili gangræna, a lethalibus vulneribus, a luxatione, a dementia, a cæcitate, ab apostemate, a febre maligna, aliisque febribus, a stranguria, seu urinæ difficultate, a calculis, a lepra, a fractura ossium, a periculis mortis, a cibi fastidio, ab acerbis doloribus, a diuturnis, deploratis, et complicatis morbis, et languoribus, ab infirmitatibus capitis, stomachi, manuum. Quamplurimæ Puerperarum liberationes a partubus difficilibus, et periculosis, a defectu lactis; resuscitatio puellæ abortivæ mortuæ ad hoc, ut recipere posset sacrum baptisma, quo recepto, iterum expiravit; evanescentia sanguinis Servi Dei in instanti, ne talis sanguis pro reliquia asservaretur, prout et imaginis vultus ejusdem a quodam Pictore in tela efformatæ. Quin etiam ad bestias, aliaque insensibilia mirabilis ejus virtus extendebatur: hinc equus ex itinere defatigatus meritis Aloysii vires acquirit, et citato gressu alios antecellit. Alius equus apostemate, aliisque malis ad pessimum statum redactus, statim ac illo usus fuit Aloysius, undequaque sanus ad suum herum rediit. Hoc ipsum alias alio jumento contigit. Mediante pane Aloysii tum prædictus equus iterum, tum sues a mortali morbo liberati fuerunt. Mulus irregulari passu cum equitis incommodo cursitans, ad imperium Servi Dei lento gradu incessit. Alia mula indomita eidem commodata, reddita est mansueta. Aves emortuæ, et assatæ illi in mensa datæ, ipso benedicente, non solum reviviscunt, sed pennas incontinenti recuperant, et avolant. Vi ejusdem benedictionis oleæ uberrimum reddunt fructum.

31 Non minus stupendum dominium habuit in elementa; unde est, quod imbres undique decidentes illum pluries cum suis sociis, aut auditoribus attingere non sunt ausi. Alia vice inundantem pluviam, qua solemnis supplicatio impediebatur, illico compressit. Tumidum torrentem miraculose trajecit. Cum per longum temporis decursum exitialis siccitas perdurasset, ad ejus preces, turbato protinus aere, copiosa pluvia sicca arva, et segetes satiavit. Dum Dei Famulus in loco duro, et arido humum effodit, ad hoc, ut ibidem crucem collocet, confestim fons prodigiosus exilit. Piscatores, qui diu, multumque in vanum laboraverant, impertita ab Aloysio mari benedictione, pisces in magna quantitate capiunt. Denique ad ejusdem concionantis nutum improvisum tonitru Auditores perterruit. In quo rerum articulo specialem quoque ponderationem promereri videtur, quod quamplura ex dictis, aliisque innumeris Miraculis, vel ipso ignaro, merito Fidei sui Servi ab Altissimo frequentissime patrabantur per applicationem scilicet ejusdem capillorum, salivæ, panis, qui ei in mensa supererat, aquæ, qua manus abluerat, ad contactum ejus pallii, imo et ad meram illius invocationem, nulla adhibita ejusdem reliquia, sed solummodo mediante vivissima fide, quam populi in illum habebant. Quæ circumstantiæ luce meridiana clarius commonstrant non minus paternam Dei curam contestandi, et illustrandi sui Famuli Sanctitatem,

quam

Digitized by Google

quam eximiam famam, ac devotionem, quam Populi erga illum adhuc viventem nutriebant.

DE SPE

32. Eo modo, quo Fides heroica in Ven. Servo Dei manifeste comprobata est, demonstratur quoque virtus Spei itidem heroicæ = *Manent hæc tria, Fides, Spes, et Charitas. Quia credidisti, sperasti, quia sperasti, dilexisti* = sunt verba Divi Augustini *in psalm.* 114. *n.* 1., qui ulterius *serm.* 53. *de Verb. Matth.* 5. *cap.* 10. *num* 11. addit = *Necesse est, ut, in quo est fides, quæ dilectionem operatur, speret quod Deus pollicetur.* De facto quod hac virtute in gradu vere excellenti, et heroico insignitus fuerit Aloysius plene, et concludenter edocemur *ex Snmmario num* 10. §. 56. 57. 58. *num.* 14. *per totum num.* 17. §. 88., et alibi passim. Verum quo enucleatius, et cum aliqua methodo procedamus, animadvertendum est, quod objectum hujus virtutis juxta doctrinam Sanctissimi Domini Nostri *dicto Opere de Servor. Dei Beatific. etc. lib.* 3. *cap.* 23. *nuu.* 16, aliosque Doctores ibidem citatos primarium, et principale est ultimus finis, videlicet ipse Deus, in quo consistit æterna Beatitudo, secundarium vero sunt media, et auxilia ad illum obtinendum necessaria. Præterea habitus hujus ejusdem virtutis adjuvat, et inclinat ad spem suam in Deo collocandam in omni necessitate, ac rerum eventu, necnon ad toleranda æquanimiter omnia adversa propter eumdem ultimum finem. Qui sane actus si fiant cum *maxima fiducia, et securitate, incessanter, alacriter, et firmissime, absque ullo prorsus dubio de eventu, et ad perferendum alacriter cum constantia imperturbata quævis mala etiam extrema propter vitam æternam cum assiduitate, promptitudine, delectatione, et perseverantia in actibus prædictis, aut saltem cum animi præparatione erga eos* = juxta mentem præcitatorum Scriptorum, de heroicitate hujus virtutis non erit dubitandum. Cumque ejusmodi actus alii interni, alii externi sint, sive sermo sit de formalibus, sive de virtualibus, nos primis relictis, utpote in quibus, uti dictum est, non cadit Ecclesiæ judicium, ad secundos convertimur.

33. Exordiendo itaque a primario objecto vivissimæ, et heroicæ Spei, quod nempe quis ultimum finem continue, et incessanter pro scopo habeat, et ad illum tendat, certe id optime verificatum dignoscitur in Ven. Aloysio, qui ab ineunte ætate ad extremum usque vitæ spiritum ad æternam felicitatem anhelans, in illam omnia ejus vota, et desideria collimabant, id unum cordi habebat, ut morum sanctitate, omniumque Virtutum exercitio se cœlesti æterno præmio dignum redderet. Illuc cunctas suas cogitationes, dicta, et opera direxit, adeo ut ipsa familiaria colloquia, ni de rebus Divinis essent, audire respueret. Omnia igitur illius egregia facinora, universa prorsus cæterarum Virtutum exercitia, quæ suis respectivis locis tam in Informatione, quam in Summario leguntur, cum nullum unquam finem temporalem, sed unicum æternum respexerint, et ex istius consideratione; et contemplatione perfectissime fierent, hanc Virtutem comprobant, ejusque splendorem augent, veluti deducitur ex *Psalm.* 3. *vers.* 36. ubi dicitur = *Spera in Domino, et fac bonitatem, et* 1. *Joannis* 3. *vers.* 2. *et seq.* = *Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quo-*

niam

Digitized by Google

niam videbimus cum sicuti est. Et omnis, qui habet hanc Spem in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est = et optime ad rem notat Theodoretus *in Cap.* 11. *Epist. ad Hebræos* ad ea verba = *Oportet credere, quod Deus inquirentibus se remunerator sit* = ibi = *Qui enim non hæc ita habere crediderit, Virtutis labores non sustinet; neque enim Agricola in agro colendo sudores toleraret, nisi se laborum fructus relaturum speraret* = Et consonat Sanctissimus Dominus Noster *loc. citat.* ubi subjungit, quod = *Omnia opera bona eximia, et sublimia, Spem demonstrant eximiam, sublimem, et heroicam.* Et reipsa Auditores Rotæ in relatione Causæ Canonizationis S. Francisci Xaverii *part.* 2. *tit. de Spe* §. *Et hæc omnia* ex cumulo bonorum operum Spei Virtutem eliciunt, ibi = *Quod Spei argumentum nullum validius est, quam quod deducitur ab exercitio bonorum operum, et actionibus Virtutum.*

34. Certius adhuc, et luculentius hujus ejusdem Virtutis argumentum est invicta, et generosa illa æquanimitas, et patientia, qua Ven. Dei Servus ex eodem fine adipiscendi gloriam cœlestem divina ope unice fretus, et sibi usquequaque similis, atque imperturbabilis adversa omnia, angustias, ærumnas, labores, infirmitates, aliaque gravissima incommoda invicto semper, atque hilari animo non tolerabat modo, sed et studiose sibi procurabat, prout concludentissime comprobant Testes in toto præsenti *Summario*, speciatim *dicto num.* 14. *per tot.*, et fusius sub titulo eximiæ Charitatis in Proximum, ac Fortitudinis, dicente Isaia *cap.* 30. *vers.* 15. = *In silentio, et spe erit fortitudo vestra* = et Apostolo ad *Roman.* 5. *vers.* 2. *et seqq.* = *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem* = *Et* 2. *Machab. cap.* 7. *ver.* 20. ex hoc capite laudatur Mater septem Fratrum Machabæorum ibi = *Supra modum autem Mater mirabilis, et bonorum memoria digna, quæ pereuntes septem Filios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spem, quam in Deum habebat* = et apposite ad rem nostram tradit Eminentissimus Cardinalis Lauræa *disput.* 32. *art.* 10. *num.* 265. *et seqq.*

35. Ad eumdem finem referenda est voluntaria sensuum mortificatio, et proprii Corporis afflictatio ad tradita per Auditores Rotæ *in Relatione Causæ S. Ignatii Loyolæ part.* 2. *tit. de Spe* §. *Et primo*. Venerabilis autem Pater implacabili semper odio in suum corpus incensus jam inde a pueritia incessanti propriorum sensuum mortificatione, cibi parsimonia, cilitiis, flagellationibus seipsum affligere incepit. Religionem postmodum ingressus, non solum majores in dies addidit pœnitentias; Verum insuper mirabiles semper excogitavit artes sæviendi in proprium corpus, quemadmodum plene ostendetur infra sub titulis *de Fortitudine, et Temperantia* §. 87., *et seqq.*, nec non §. 97. *ad plures seqq.*; Quibus in locis non sinè sacro quodam horrore legi possunt stupendi, et undequaque heroici utriusque Virtutis actus a Servo Dei exerciti, qui certe non aliam originem habere potuerunt, quam desiderium æternæ beatitudinis cohærenter ad ea, quæ scribit Sanctus Augustinus *serm.* 2. *de Fest. omn. Sanctor.* ibi = *Oportuit nos tormenta perferre, ut Christum videre digni essemus, venientem in gloria, et Sanctorum ejus numero sociari: Nonne erat dignum pati omne, quod triste est, ut tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur?* Et congruit S. Leo *serm.* 9. *de Quadragesima* = ibi = *Certa*

est

Digitized by Google

est expectatio promissæ Beatitudinis, ubi est participatio Dominicæ Passionis.

36 Cum Ven. Dei Servus in toto suæ vitæ decursu innumera edidisset heroicæ Spei documenta, nemo sane mirabitur, si in mortis limine constitutus nedum non exhorruerit è Mundo egredi, verum insuper perspicua interni sui gaudii ex tali nuncio signa dederit, usurpando etiam illud Regii Vatis *Psalm.* 121. 1. = *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus* =, prout infra dum de felicissimo ejus obitu sermo erit, referemus. Maximi vero ponderis hæc esse pro vivissimæ Spei demonstratione optime infertur ex his, quæ tradit S. Ephrem *lib.* 1. *de Beatitud. Animæ cap.* 1. *in fine* ibi = *Sancta etiam Anima, cum separatur a corpore, non timet, non metuit, sed magis gaudens cum fiducia pergit ad Deum* = Ac propterea Paulus Apostolus ad Philippenses *cap.* 1. *vers.* 23. testabatur suum ardentissimum desiderium, quo æstuabat dissolvi, et esse cum Christo = *Coarctor autem è duobus, desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo* = Quamobrem Auditores Rotæ in *Relatione* Causæ Sancti Aloysii Gonzagæ ex simili mortis desiderio heroicam illius Spem deducunt *titulo de Spe* ibi = *In extremo vitæ constitutus, et omni vivendi voluptate expoliatus Patri Antonio Guelfuccio, qui illi curabat suadere desiderium vitæ longioris, ut Deo diutius posset inservire, respondit cum Apostolo*: Melius est dissolvi etc., *et Illustrissimo Cardinali Bellarmino, qui eum hortabatur, ut a Deo vitam longiorem postalaret, quo ejus exemplo cæteri instruerentur, venia petita, negavit, id exequi se posse; quia non potest (inquit) major a Deo in hominem conferri gratia, quam ad se illum vocare, dum in gratia reperitur; in quo gratiæ statu tunc esse sperabat.* Et ex hac eadem circumstantia Spei heroicitatem evincunt ipsi Rotæ Auditores in *Relationibus* Causarum S. Ignatii, S. Philippi Nerii, S. Theresiæ, S. Petri de Alcantara, ac Sanctæ Catharinæ de Ricciis eodem *titulo de Spe*.

37 Huc usque cumulata evidenter ostendunt perfectissimam Aloysii Spem relate ad consecutionem ultimi finis, sive æternæ Beatitudinis, quare accedendo ad eos actus, qui respiciunt media, et auxilia ad illum obtinendum necessaria, sese offert ea continua, et incessans oratio vocalis, cui sine intermissione vacare consuevit. Jam tum a tenera ætate omnia sua negotia cum cœlesti luminnm Patre conferre, et ad illum juges preces humi prostratus, facie quoque solo defixa, qua de causa illi dentes defecisse compertum est, nudis quandoque genibus, cum copiosis lacrymis effundere consuevit. Post ingressum in Religionem nil prorsus, Deo per orationem inconsulto, aggrediebatur. Antequam vero in suggestum ad Populum verba facturus conscenderet, propriis diffidens viribus, et in solo Dei auxilio innixus, diu, multumque, et ut plurimum per totum mane in oratione persistebat. Secutus monitum Hieremiæ *Threnor. cap.* 2. 19. = *Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum funde sicut aquam cor tuum in conspectu Domini* = Sæpe sæpius totas noctes, non raro incænatus ducebat insomnes, frequenter in locis secretis, abditis, et immundis ad orandum sese occultabat. Hæc praxis nullum in illo limitem, aut modum habebat, in qua octo ad minimum horas in die protrahebat. Immo non desunt Testes sub juramento deponentes, illum aliquando inter diem, et noctem 16. vel 17. horas orando insumpsisse; ut proinde alii merito ejus vitam appellent continuam orationem, et mirandum

Digitized by Google

nemini sit, si quidquid a Deo postulabat quamvis ultra, et etiam supra vires totius naturæ frequenter esset, certissime impetraret. Tantusque erat ejus devotionis æstus, ut interdum spiritualia exercitia interrumpere juberetur, ne vires nimium attererentur, interdum vero in ecstasim raptus, aut quasi alter Moyses ex consortio Domini cœlestem splendorem, qui tenebras noctis dissipabat, emittens visus fuerit, quemadmodum resultat ex toto *Summario* præsertim *num.* 7. §. 41. 42. 88. *num.* 8. §. 46. 47. *num.* 9. §. 170. 230. *num.* 14. §. 26. *n.* 15., *et* 16. sparsim, *num.* 25. §. 29. 35. *num.* 28. §. *primo pag.* 344.; Ex quibus sane vivissima Aloysii fiducia concludenter eruitur; nam ut notat D. Augustinus *tract.* 9. *in epist. Joannis ad cap.* 4. = *Quomodo erat, qui timet, ne exaudiatur* = Et conferunt illa *Psalm.* 31. 10. = *Sperantem in Domino misericordia circumdabit* = *et Psalm.* 36. *Spera in Domino . . . . et dabit tibi petitiones cordis tui . . . . Spera in eo, et ipse faciet* = *et Psalm.* 37. 16. = *Quoniam in te Domine speravi, tu exaudies me Domine Deus meus* = Et Apost. ad Romanos 12. = *Spe gaudentes, orationi instantes.*

38 Virtutem denique Spei perficit donum timoris, non utique mundani, aut servilis stricte talis, qui dicitur etiam timor pœnæ, sed filialis, et casti, qui appellatur timor culpæ, per quem ipsum Deum reveremur, ac formidamus, ne ab illo separemur; quandoquidem notum est, ejusdem virtutis esse et prosequi bonum suum, et contrarium aversari, ac refugere; ac proinde Spei convenit removere impedimenta, quæ consecutionem summi boni excludere possunt; unde consequitur, timorem filialem, et ipsam Spem arcto fœdere sibi invicem cohærere, cum per illum timeamus, ne nobis deficiat, quod speramus non quidem ex defectu Dei, ejusque auxilii, sed unice ex defectu nostri juxta doctrinam D. Thomæ 2. 2. *quæst.* 19. *art.* 9. *ad primum*. His positis, quantopere hoc eximio Spiritus Sancti dono ditatus esset Aloysius, et quanto cum fundamento statui possit, illum in timore, ac tremore salutem suam operatum fuisse, satis, superque ostendit ea singularis circumspectio, diligentia, et cauthela, quam semper adhibuit in præcavendis quibuscumque levissimæ cujusque culpæ occasionibus, offendiculis, laqueis, et periculis, quæ illum undequaque circumdabant, idque per totum suæ vitæ tempus, prout constat partim ex supra relatis §. 16., *et seq.* in ordine ad illibatam ejus innocentiam, et ex *Summario num.* 14. §. 26., partim ex inferius discutiendis sub *titulo* Castitatis, Humilitatis, et Obitus ejusdem. Quocirca omnino concludendum, nihil in illo desiderari posse ad constituendam hujus Virtutis heroicitatem, et apprime eidem convenire illa 1. *Joannis* 1. = *Omnis, qui habet hanc spem in eo sanctificat se, sicut et ille Sanctus est* = et *Proverb.* 24. 14. = *Beatus homo, qui semper est pavidus* = et *Psalm.* 111. 1. = *Beatus Vir, qui timet Dominum* = et *Psalm.* 127. 1. *Beati omnes, qui timent Dominum* = et *Eccl.* 25. 15. = *Beatus homo, cui donatum est habere timorem Domini, qui tenet illum, cui assimilabitur* ?

39 Transitum jam faciendo ad reliquos hujus ejusdem Virtutis actus, qui respiciunt alias res, aut bona temporalia; ponderandum est, quod in iis, quæ aut Proximorum salutem, aut necessaria ad vitam ut ut sustentandam complectebantur, nunquam animum despondit, sed vivissimam in Deo fiduciam indesinenter collocatam habuit. Immo, quo magis deploratus videbatur casus, et difficilis effectus, quo magis omnibus humanis auxiliis erat destitutus, quo majoribus angustiis,

Digitized by Google

stiis , aut rerum omnium penuria premebatur , eo ferventiori fiducia ad Deum tendebat, et propriis viribus prorsus diffisus, in paterna ejus providentia placidissime acquiescebat, quemadmodum liquet ex *Summario* passim, speciatim *dicto num. 14. per totum* ; ita ut jure optimo repetere posset illud *Job.* 13. = *Etiamsi occiderit me , in ipso sperabo* = Unde nil mirum si ad unguem in ipso verificata conspiciantur tum ea *Psalm.* 9. 10. = *Factus est Dominus refugium pauperi, adjutor in opportunitatibus, in tribulatione* ; *et Psalm.* 21. 6. = *In te speraverunt , et non sunt confusi* = tum ea *Jeremiæ* 17. 7. = *Benedictus Vir, qui confidit in Domino , et erit Dominus fiducia ejus . Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas , et non timebit, cum venerit æstus. Et erit folium ejus viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum* = ; Adverti siquidem debet, quod nedum sui Famuli spem nunquam frustratus est Deus , verum insuper mediis etiam stupendis prodigiis paulo supra §. 29., *et seqq.*, recensitis ad illum coadjuvandum frequentissime concurrit , aut necessaria abunde suppeditavit. Inde etiam providentissimus Cœlestis Pater suppeditavit tot millena aureorum , quæ Aloysius nihil habens , nihil possidens quotannis expendebat , qua sublevandis mendicis , qua alendis Meretricibus ab bonam frugem redactis, qua consulendo Puellarum honestati , qua divino cultui amplificando ; veluti ex toto præsenti *Summario* signanter *num.* 19., ut optime dicere posset cum Regio vate *Psalm.* 27. 7. = *In ipso speravit cor meum , et adiutus sum* = .

40 Convertendo vero sermonem ad cætera bona temporalia, quæ per se ad assequutionem dicti ultimi finis ordinata non sunt , et ad illum directe non conducunt, non ita facile exprimi datum est, quam maxime Servus Dei illa contempserit , quantopere a suis consanguineis abstractus esset , quam flocci faceret divitias , voluptates , honores , propriam æstimationem , ac reliqua omnia rerum fluxarum blandimenta . De his non solum non loquebatur ipse , sed ne alios quidem loquentes audire valebat . *Summar. num.* 11. §. 100. , *num.* 14. §. 29. *num.* 20. §. 52. *num.* 23. §. 47. Ex hac virtute ductus non solum quidquid ingenium , nobilitas , ac totus Mundus illi pollicebatur , abhorruit , et in castris Societatis Jesu , ubi pauperrimam , hisque rebus spoliatam vitam ageret, militare voluit , sed ulterius nil æque in deliciis habebat, quam ab omnibus nesciri , et despici , famem , sitim , nuditatem tolerare , omnibus ad vitam necessariis carere ; veluti ad evidentiam innotescit ex *Summario* sæpedicto *num.* 14., et ex his, quæ afferemus infra §. 110. *ad plures seqq.* , in proposito virtutum Paupertatis , et Humilitatis ejusdem. Id quod virtutem spei apprime illustrat, prout ex *Psalm.* 39. 5. = *Beatus vir , cujus est nomen Domini spes ejus ; et non respexit in vanitates , et insanias falsas* = et ex S. Augustino *Serm.* 106. *de verb. Evangel. Lucæ* 11. *cap.* 5. , ibi = *Spes ad hoc nos adhortatur, ut præsentia contemnamus , futura expectemus etc. In Illa ergo , quæ non videntur extende spem tuam* = .

Digitized by Google

DE CHARITATE IN DEUM

41 Ultimum in ordine, sed primum in merito, et dignitate inter Theologicas Virtutes locum obtinet Charitas, utpote quæ fidem, et spem præsupponit quidem, sed illas informat, et perficit, et ideo eisdem jure optimo antefertur, testante Apostolo *prima Chorinth. cap.* 13. *vers.* 13. = *Nunc manent Fides, Spes, et Charitas, tria hæc, major autem horum est Charitas* = ac tota quanta est hominis perfectio in eadem Charitate consistit, cum per eam Deo ille copuletur, juxta D. Thomam 2. 2. *qu.* 184. *art.* 1., ibi = *Unaquæque res est perfecta, quando fini suo conjungitur. Homo autem suo fini idest Deo per charitatem conjungitur* = Supposita autem notissima distinctione Charitatis, seu partium ejusdem juxta diversa objecta, ad quæ tendit, in eam scilicet, qua Deum prosequimur, et in aliam, quæ Proximum propter Deum respicit, de prima hìc erit disserendum, qua quidem adeo æstuavit Ven. P. La Nuza, ut verissima comperiatur notabilis assertio Testis I. *Processus Informativi* confecti in Civitate Drepani, *Summar. num.* 15. §. 34., ibi = *Che l'amore di Dio fù nel Padre Luigi nel più grado sublime, che si può arrivare a pensare: notte, e giorno avvampava il suo cuore di questo fuoco; Onde di Dio pensava continuamente; A lui bramava sopra modo piacere; s'ingegnava d'inventare sempre nuove maniere per poterlo meglio servire. E come era continua la fiamma di questo santo amore nel suo cuore, così sempre con chiarissimi lumi, e ardentissimi affetti lo venerava, e l'adorava, e cresceva sempre più in amarlo. E di ordinario anco nell' esterno appariva quanto fosse ardente l'interna sua carità verso Dio, e col volto sempre infiammato, e con le parole ardenti, e col fervore di tutte le sante azzioni* = Cui consonant alii Testes relati *Summario num.* 9. §. 144., *num.* 10. sparsim, signanter §. 21. 24. 29. 34. 47. 49. 50. *num.* 11. §. 103. *num.* 14. §. 29. *num.* 15. *per tot. num.* 21. §. 86. *num.* 27. §. 74. *num.* 29. §. 14. *num.* 35. §. 10. *num.* 36. §. 82.

42 Excellentia Charitatis in Deum comprobatur in primis, atque exterius manifestatur ex accurata mandatorum ejus, et Ecclesiæ observantia; sic enim edocemur ex ore ipsius Christi Domini Joannis 14. *vers.* 15., ibi = *Si diligitis me, mandata mea servate*: = *et vers.* 21. = *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est, qui diligit me* = *Et cap.* 15. *vers.* 10. = *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea* = Ad Roman. 13. *vers.* 10. *Plenitudo legis est dilectio* = *Prima Joannis* 2. *vers.* 5. = *Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc Charitas Dei perfecta est* = *et* 5. *vers.* 3. = *Hæc est enim Charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus*. Eoque magis quis Charitatis igne fervere credendus est, quo magis impolluto pede viam mandatorum incedit, ac se ab omni sorde, et macula purum, et immunem servat juxta illud *Psalm.* 118. *vers.* 32. = *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum* = hoc ipso quod ex præcitato Angelico Doctore 2. 2. *quæst.* 184. *art.* 3. *in corpore*, hoc medio removentur impedimenta, quæ Charitati opponuntur. Cum itaque juxta late deducta supra §. 11., *et seqq.* liquido constet, Ven. Dei Servum ab Infantia ad ultimum usque vitæ periodum exactissime omnia mandata, et præcepta adimplevisse, itaut innocentiam baptismalem nunquam maculaverit, ipsosque leves, seu veniales defectus, quantum humana permittit fragilitas, evitaverit, de legitimo consequen-

Digitized by Google

quenti succedit, illum tum reliquis virtutibus, tum et præcipue Charitate in Deum heroice fuisse insignitum.

43. Verum ejusmodi peccati fuga, sine negativa, ut ita dicam, sanctimonia non contentus Venerabilis noster, ulterius progressus est, sesequeque extendit ad exercendos actus cunctarum virtutum, qui sanctitatem positivam, et quasi generalem constituunt, ex illorum ordinatione in bonum divinum, prout ad rem docet prædictus Angelicus Præceptor 2. 2. *quæst.* 81. *art.* 8. *in corpore, et in Responsione ad primum*. De facto omnium plane virtutum collectionem in illo eluxisse satis superque evincitur ex concordi Testium totius ejus vitæ seriem enarrantium depositione, ex quibus comprobatur, a Ven. Dei Servo singulas viri religiosissimi partes, atque obligationes summa cum perfectione fuisse adimpletas; itaut in omnium piorum operum exercitio vere consumatus haberetur, quemadmodum ex uberrimis probationibus quoad singulas in specie Virtutes allatis ad evidentiam colligitur. Qui sane virtutum cumulus, et aggregatio, Charitatis, seu amoris amicitiæ erga Deum, et dilectionis ardorem, atque excellentiam perspicue commonstrant ad tramites doctrinæ S. Gregorii *Homil.* 30. *in Evangelium*, ubi sapienter observat, quod = *Probatio dilectionis, exhibitio est operis, nunquam enim est Dei amor otiosus. Operatur enim magna, si est. Si vero operari renuit, amor non est.* = Et his adductis tradit Matthæucc. *in Practica Theologo-Canonic. titul.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 10., cui concinit. Scacch. *de not.*, *et sign. Sanctit. section.* 3. *cap.* 3. *pag.* 206., ibi = *Quamobrem in actis illorum* (scilicet Servorum Dei) *considerandum erit, qualiter omnes suos actus in Deum, ut summum Bonum contulerint; an etiam pro Dei amore regularem habitum suscipiendo, sic in eo vixerint, ut ab Instituto nec latum unguem recesserint.*

44. Pressius autem ad rem loquendo, decem numerantur gradus perfectæ, et excellentis Charitatis in Deum a D. Thoma *opusc.* 61., a S. Bernardo lib. de diligendo Deum *col.* 589. *volum.* 1., et a S. Bonaventura in *Pharetr. Divinis Amoris lib.* 2. *cap.* 25. *pag.* 145. *tom.* 5.: Primus *est languere utiliter*: Secundus: *Deum incessanter quærere*: Tertius: *Operari indesinenter*: Quartus: *Sustinere sine fatigatione*: Quintus: *Appetere impatienter*: Sextus: *Currere velociter*: Septimus: *Audere vehementer*: Octavus: *Stringere indissolubiliter*: Nonus: *Suaviter ardere*: Decimus est: *Similitudo perfecta cum Deo*, eo modo quo Creaturæ in hac vita competere potest, prout videre est apud SSmum Dominum Nostrum in nunquam satis laudato *Opere de Servorum Dei Beatificat. etc. lib.* 3. *cap.* 23. §. 3. *num.* 23., qui ad praxim deinde descendens paulo post nempe *num.* 26., accurate exponit actus speciales, ex quibus heroicitas hujus virtutis demonstrari potest per hæc verba, ibi = *Ad hæc referri possunt quæ de Charitate erga Deum habentur in actis Canonizationum, et signanter in Relationibus Rotæ Auditorum, quæ adhuc extant, et quæ præcipue ad sequentia capita reducuntur, ad mentem videlicet semper in Deum intentam, ad frequentem de Deo piam locutionem, ad continuam considerationem divinæ bonitatis, et Mysteriorum nostræ Religionis, et præcipue Passionis Domini Nostri JESU CHRISTI, ad meditationes pro excitando in se amore erga Deum, ad relationem in ipsum omnium cogitationum, verborum, et operum, ad gravem molestiam ob absentiam Christi, ad observantiam præceptorum, et consiliorum, ad ecstases, et raptus* (*de quibus alibi*) *et*

ad

ad nonnulla signa extrinseca, quibus aliquando Deus Servorum suorum internam Charitatem manifestare dignatus est.

45. Quos sane gradus, seu perfectissimi divini amoris signa, et affectus cumulate in Aloysio concurrisse abunde colligitur partim ex modo dictis, partim ex his, quæ deponit Testis LXIV. Socius, et Confessarius ejusdem *Summ. num.* 15. §. 11., ibi = *Quanto sia stata eccellente nel Padre La Nuza questa divina Virtù della Carità, ed amore verso Dio Nostro Signore si può cavare da quanto si dirà, che fece il Padre la Nuza in servizio di Dio, poichè ogni cosa, che Egli disse, fece, e pensò a mio giudizio, fu tutto indorato dalla sudetta Carità, della quale ardeva continuamente, ed era la vita, e l'anima di tutte le sue operazioni* = partim denique ex eo, quod a teneris unguiculis, crescente ætate, eademque et confirmata, et provecta exercitio orationis fuit indesinenter addictus. De oratione vocali diximus jam supra §. 37., postulat hic loci, ut aliqua superaddamus de oratione mentali, et contemplatione, cui incessanter, et ferme assidue cum incredibili animi fervore vacare consuevit. Ultra plures horas in contemplandis rebus divinis dietim insumptas, quidquid supererat vel e studio literarum, vel a coadjuvandis Proximis temporis, totum orationi, et divinæ contemplationi tribuebat; in qua praxi eo devenit, ut non defuerint peritissimi vitæ spiritualis Magistri sentientes, Aloysium raptum fuisse ad altissimum illum contemplationis apicem, quem in Antonio, aliisque veteris heremi Cultoribus suspexit antiquitas. Denique innuere sufficit, quod ea omnia, quæ loco citato exposuimus in ordine ad orationem vocalem, de mentali quoque plenissime verificantur, veluti unanimiter perhibent Testes, *Summ. num.* 7. §§ 22. 23. 45. 82. *num.* 8. §. 43. *num.* 9. §. 140. *num.* 10. §. 1. *et* 29., *num.* 15. §§. 5. 6. 7. 19. 20. 21. *et* 42. *num.* 16. *per totum*, *num.* 17. §§. 61. 62. 63. *num.* 18. §. 74.

46. Ex ejusmodi autem assiduo orandi studio Charitatis excellentiam colligi tradit S. Gregorius Magnus *in Psalm.* 3. *Pœnitent. vers.* 9., ibi = *Qui Deum amat, ipsum solum desiderat, qui autem desiderat, ad ipsum cordis voce clamare non cessat* = S. Laurentius Justinianus *in Lign. Vit. tract. de Orat. cap.* 2. *in fin.*, ibi = *Oratio est Charitatis incentivum, et ignitum affectionum receptaculum* = D. Joannes Chrysostomus *in act. Apostol. cap.* 22. *homil.* 26, ubi orationem dicit = *Magni amoris indicium* = *Et in tract. de orando Deum lib.* 1. ibi = *Ubi quem conspexero insatiabiliter adhærentem vultui divino, idque in summis damnis numerantem, si non continenter oraverit, conjecto, tutum omnis virtutis esse mediatorem, ac Dei templum* =. Et consocio Patriarcha refert quod = *Ne foret absque consolatione dilecti, sine intermissione orans, spiritum Deo contendebat exhibere præsentem* = Tum Auditores Rotæ *in Relatione* Causæ S. Ludovici Bertrandi *tit. de Charitate in Deum*, ibi = *Sæpissime contemplationi vacabat, indefessus in oratione perstebat, cum de rebus divinis loquebatur, adeo ejus anima, et pectus divini amoris æstu fervebat, ut ad omnia sive prospera, sive adversa se paratum ostenderet, omnesque deinque actiones in Dei honorem dirigebat* =. Hoc ipsum habent iidem Rotæ Auditores *in Relatione* Causarum S. Petri de Alcantara, ac S. Isidori *eod. tit. de Charitate.*

Huc etiam spectat copia illa, et ubertas lacrymarum, a quibus vix temperare poterat, dum vero pane Angelorum vescebatur illas tam pretioni vina fundebat, ut juxta relata per Testes *in Summario citato supra*

supra §. 25., totus dissolvi, et abire videretur in fletus, quos, dum in gratiarum actione permaneret, ut fundere posset uberius, completo Sacro in cubiculum se se proripiebat, ubi, remotis arbitris, laxatis sui fervoris habenis, in sui Hospitis contemplatione absorbebatur, cujus præsentia quo esset diuturnior postremis annis, S. Philippi Nerii vestigiis inhærens uberius vinum infundebat in Calicem; et tanto, illo præsente, dulcedinis, et amoris æstu perfundebatur, ut Christum ipsum sub sacramentalibus speciebus intueri videretur. Erga Dominicam Passionem tam tenero devotionis affectu ferebatur, ut nil aliud scire videretur, quam Jesum Christum Crucifixum. Ad recolendam ejusdem Mysteriorum memoriam quibuscumque in Oppidis, Terris, Villis, Urbibus, sacras peragens Missiones pedem figebat, Montem, ut vocant, Calvarii, seu Viam Crucis instituit, ad quæ loca in fine singularum Missionum supplici agmine facto, Populi contermini in habitu Pœnitentium concurrere solebant. Nec omisit Altissimus stupendis etiam prodigiis contestari, quam sibi acceptus esset ejusmodi sui Famuli ritus, et institutum juxta indicata supra §. 30. 31. Conspecta Crucifixi Imagine non valebat continere lacrymas. Quadam vice, completa concione, è sacro rostro per aerem ferri visus est in amplexum Crucifixi, qui è vonspectu erat. In ultima infirmitate postulavit, ut sibi legeretur historia Passionis Christi Domini, in cujus imaginem defixis oculis, ultimum spiritum feliciter emisit. Eadem Passio Dominni fere semper erat in ejus ore, eamque vocare solebat = *Saccharum omnibus ferculis condiendis idoneum*. Cum vero de ejusdem cruciatibus, ac tormentis ad populum verba faceret, id quod in omni ferme concione peragere consuevit, aliquid semper interserens de Christi passione, ad uberrimum fletum et se ipsum, et Auditores cum incredibili istorum commotione excitabat: Quæ omnia fusius descri- a legi possunt *in Sum. num.* 9. §. 41. 46., *et seqq.* 54., *et seqq.* 55. 168. 169. *num.* 11. §. 86. *num.* 13. *pag.* 122. *in fine*, *et seq.* *m.* 16. §. 19. 57. 58. 59. 73. 74. 75. *num.* 17. sparsim. *num.* 18. 11. 12. 13. 14. *num.* 22. §. 42. 43. *num.* 25. §. 35. *num.* 33. 74. 94., et alibi.

etiam fuit, quod Vir Dei fractis per se viribus, iisque prorsus atis per assiduos, quos sponte suscipiebat, maximos cruciatus, lundis Deo animis adeo indefesse vacabat, ut exequendis iis, quæ præstabat, vix quini Societatis Operarii sufficerent; totas subinnoctes insomnes trahens, ex oratione in suggestum conscendens, is perdurando horas in excipiendis Pœnitentium Confessionibus, ue amplius ad mediam noctem somni, cibique immemor incum-, tot distentus negotiis, quæ mentem omnino a Deo avocarent; tamen ita hærebat semper, ac talis ejus erat, ut Ascetici loquununio cum Deo, ut nihil omnino aliud agere videretur, *Summa*ocis supra citatis, et *num.* 20. §. 16. Cœlum semper suspiscere, nium oblivisci, nonnisi de rebus divinis loqui, aut loquentes audin Dei præsentia perpetuo incedere, quasi constitutus extra se, , verbis, artubus, toto denique corpore in Deum rapi visus est: ibus profecto plenissime adimpleta videntur in Servo Dei ea . 104. *vers.* 4. = *Quærite Dominum, et confirmamini, quærite ejus semper* = *Psalm.* 72. *vers.* 25., *et seq.* = *Quid enim est in et a te quid volui super terram? Defecit caro mea, et cor Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum*. Illud Aposto- hilipp. 1. *vers.* 21. = *Mihi enim vivere Christus est* =, *et ad Gi-*

lat. 2. *vers.* 20. = *Vivo autem ego, jam non ego, vivit vero in me Christus* =. Nec non illud 2. *Petri* 1. *vers.* 4. = *Per quem maxima, et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ* =.

49 Potissimus item heroicæ charitatis effectus est, quod adversa quæque pro Dei amore non solum patienter, verum etiam cui gaudio quis toleret, veluti luculenter deducitur ex testimonio Apostoli *epist. ad Roman. cap.* 8. *vers.* 35., ubi describens omnis generis mala, quæ ipsi occurrere poterant, hæc protestatur = *Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius etc.? Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei.* = Et hisce Ven. Dei Servus edoctus, nec non excellentissima incensus charitate, quascumque molestias, labores, injurias, infirmitates, dolores, cruciatus, et contradictiones æquo nedum, et pacato animo, sed singulari etiam tranquillitate, et hilaritate perferebat. Immo, quod plus est, illa sibi data opera procurabat, quemadmodum suo loco sub *titulo de Fortitudine* fusius exponemus. Ac proinde de heroicitate hujus virtutis nullus remanet ambigendi locus, eo pacto, quo nemo dubitat, quin charitate plenus esset præfatus D. Paulus, qui 2. *ad Corinthios cap.* 7. *vers.* 4. testabatur, ibi = *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*. Cohærenter ad ea, quæ observat S. Augustinus *in lib.* 1. *de Moribus Ecclesiæ cap.* 22., ibi = *Amoris igne ferrea, atque dura vincuntur, et gravia facit levia: laborem gravem, facilem reddit* =. Quibus addi potest Matthæucc. *in Practica Theologo Canonica tit.* 2. *cap.* 2. §. 3. *n.* 36., ibi = *Nihil amor Dei vel in bonis corporis, aut fortunæ unquam timet, sed incommoda omnia cum alacritate, et gaudio tolerat, ut in Martyribus, Confessoribus, et Virginibus est notum* = Et *num.* 37. addit ibi = *Omnia itaque dura, et immania, facilia; et prope nulla amore redduntur* =.

59 Ad extremum quod Aloysius revera Deum ex tota corde, et ex tota anima sua dilexerit, clarissime demonstrant tot signa, et effectus divini amoris, tot gratiæ gratis datæ, et cælestia charismata, quibus a supremo Factore fuit abunde cumulatus, radii scilicet, et splendores ex ejus vultu frequenter emicantes, apparitiones, ecstases, raptus, dona scrutationum cordis, cognitionis rerum occultarum, spiritus propheticus, et alia ejusmodi, quorum particulares mirabiles casus late recensentur infra sub titulo §. 130., *et seqq.* Quod enim ejusmodi supernaturalia dona sint univoca Charitatis indicia, ac testimonia diserte docet S. Laurentius Justinianus *de cast. connub. Verb., et anim. cap.* 18. *pag.* mihi 295., ubi loquens de Sponsa, idest Anima, quæ divino ardeat amore, inquit = *Quum enim amoris sit avida, dilectione saucia, donis provocata, clara lumine, virtutibus splendida, pietate circumfusa, cognitione plena, ac fortitudine roborata non repellitur, sed tamquam charissima admittitur Sponsa, ut de thesauris sapientiæ fulgentiorem cæteris suscipiat margaritam, possitque reliquos de iis, quæ vidit, et audivit, instruere, non ad sui, sed Sponsi gloriam, a quo habet, quod est. Non enim otiose audivit sapientiam dicentem Joannis* 14. *Qui diligit me, diligetur a Patre meo,*

meo, et ego manifesto ei meipsum. Congruit tum D. Thomas 2. 2. *quæst.* 175. *art.* 3. *ad* 1., tum S. Dionysius de Divinis Nominibus *cap.* 4., = *Ecstasim facit amor* = tum Rotæ Auditores *in Relatione* Causa Ven. Catharinæ de Ricciis *part.* 3. *tit. de Charitat.* §. *Tertio Beneficia etc.*, ubi hæc eadem dona appellant = *aperta redamantis Dei pignora, quibus dilectionem quodammodo illius rependit, ac mutuam, et reciprocam charitatem testatur* =.

DE CHARITATE IN PROXIMUM

51 *Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et Charitas ejus in nobis perfecta est etc. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum* = sunt verba Sancti Joannis *Epist.* 1. *cap.* 4. *vers.* 12. *et* 21. Perfectio itaque Charitatis in Deum per Charitatem erga Proximum et nutritur, et completur, ut apposite S. Gregorius *Moral.* 7. *cap.* 10., ibi = *Per amorem dei amor Proximi gignitur, et per amorem Proximi amor Dei nutritur* = Porro ejusmodi dilectio duplici operum specie manifestatur, spiritualium videlicet, quæ animam, corporalium vero, quæ corpus Proximi respiciunt, de quibus sub nomine eleemosynæ spiritualis, et corporalis disserit D. Thomas 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 2. *in princ.*, *et corpor.* Quo ad utramque hanc Charitatis partem, seu operum speciem undequaque mirandum in modum eluxit, atque adeo eminuit Dei Famulus, ut primaria ejus characteristica hac in re citra ullum dubium reponenda veniat.

Pro eo enim, quod spectat ad opera spiritualia, quæ majoris sunt perfectionis, utpote quia per illa, teste D. Thoma *opusc.* 18. *cap.* 14. homo ultimo conjungitur fini, in quo summa hominis perfectio consistit, et adstipulantur Sanctus Joannes Chrysostom. *Orat.* 3. *contra Judæos tom.* 5., ibi = *Etiamsi pecuniæ vim immensam dinumeraverit aliquis, nihil simile præstat ei, quod præstat is, qui servat animam* = et expressius S. Dionysius *de Cœlesti Hierarch. cap.* 3., ibi = *Omnium Divinorum divinissimum est, cooperari Deo in salutem animarum* = plusquam evidenter apparuit heroica Ven. Aloysii Charitas ex ferventissimo zelo, quo Peccatorum, et Infidelium conversioni per integrum triginta annorum spatium in sacris Missionibus totam Siciliam, atque Insulas vicinas percurrens alacriter, atque indefesse adlaboravit. Inexplebilis erat ejus sitis animas Christo lucrifaciendi, omnes ardentissimo amore, ac zelo complectebatur. Id unice pro scopo habebat cuncta ejus studia, scripta, et opuscula etiam typis edita, itinera, opera, cogitationes, desideria, et assiduæ tum privatim, tum publice habitæ cohortationes, adeo ut illi specialiter directum videretur mandatum, quod Dominus fecit, *Isaiæ cap.* 58. *vers.* 1.=*Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum* = Nulli personarum generi deerat, sed ubique irrequietus reperiebatur. Præsto erat in Monasteriis, in carceribus, in triremibus, in nosocomiis, in compitis, in plateis, in stabulis, in vineis. Nunc sodales ad ferventius pietatis studium incendebat, nunc erudiebat Ecclesiasticos, nunc rudes edocebat, nunc in excipiendis sacris Confessionibus, nulla habita proprii commodi, et salutis ratione versabatur, nunc obduratos Peccatores, nunc licentiosas mulieres, nunc infideles captivos, nunc milites, aut

infirmos præsertim morti proximos salutaribus monitis, catechesibus, concionibus, colloquiis, suasionibus ad Deum reducere nitebatur, absque eo, quod illum retardarent vel locorum distantia, vel temporum injuria, vel fractæ corporis vires, vel pervicacia eorum, quibusom agebat, vel alia gravissima incommoda, quæ passim occurrebant.

53 De his luculenter testatur P. Joannes Scorso supra memoratus *Summario num.* 21. §. 35., ibi = *Esercitossi principalmente nell' Officio della predicazione Evangelica, e nelle Missioni per tutta la Sicilia, convertendo, e tirando innumerabili anime a Dio. Ad altro giorno, e notte pareva, che non pensasse, se non che a questo ministerio. Era in continuo moto, andando non solo nelle Città grandi di questo Regno, ma nelle Terre, Casalotti, e Villaggi, et anche nelle Isole circonvicine, Lipari, e la Pantellaria. Ogni fatica per grave, che fosse li pareva leggiera, et ogni gran difficoltà superabile per mettere in effetto questa divinissima opera. Commoveva le Città intiere dovunque andava, e con le sue ferventissime prediche, et infocate parole, quasi incenerive i cuori di chi l'ascoltava, eccitando in tutti un ardente dolore de' peccati, et in altri, meglio disposti il fuoco del Divino amore: concorreva a sentirlo in grandissima moltitudine ogni sorte di gente d'ogni stato, e condizione, e le cose, che diceva, benchè il più delle volte fossero ordinarie, e comuni, pure a tutti parevano ammirabili, e nuove, tuttoche più, e più volte dalle medesime persone fossero state intese. In somma per la sua bocca parlava Iddio, il quale alla facondia, e grazia naturale, della quale il buon Padre era singolarmente dotato, aggiungeva non sò che del Divino.* Hoc ipsum ad exuberantiam comprobant unanimiter alii Testes relati, *eodem Summario num.* 7. §. 32. 43. 90. 114. 115. *n.* 8. §. 8. 13. 25. 26. 29. 32. 36. 37. *et seq. n.* 9. *per tot. n.* 10. §. 9. 12. 15. 21. 24. 34. *et seq. n.* 11. §. 8. *et seq.* §. 33. *et seq.* §. 59. *et seq.* §. 127. *num.* 12. §. 95. *num.* 13. §. 27. 32. 38. 39. *num.* 14. § 25. *n.* 15. §. 14. 20. 32. 36. 37. *et seq. num.* 16. §. 76. 102. 103. 165. *n.* 17. §. 24. 36. 97., *num.* 18. *per totum, n.* 19. §. 3. 25. 26. 27. *et seq.* §. 52. 61. 67. 73. 94. 95. *n.* 20. §. 24., *et seq.* §. 31. *et seq.* §. 41. 48. 49. *num.* 21. §. 12. 86. 87. 88. 105. 112. *et seq. n.* 22. §. 1. 29. 36. *et seq.* 41. 53. 54. 60. *et seq.* 73. *et seq. num.* 23. §. 74. 115. *num.* 24. §. 47. 62. *num.* 25. §. 40. *num.* 26. §. 62. 63. 136. 237. *n.* 27 §. 2. 74. *n.* 29. §. 1. *et seq. num.* 30. sparsim. *n.* 31. §. 64. *num.* 37. §. 4. Denique *n.* 39. §. 7. 61. 104. *et* §. 135. Quibus in ea, qua decet, consideratione habitis, ambigendum non est, quin ex hoc ferventissimo animarum zelo heroica Charitas Servi Dei in Proximum clarissime elucat juxta ea, quæ expendunt Auditores Rotæ *in Relationibus Canonizationum* Sancti Caroli Borromæi *par.* 2. *arg.* 12. §. *in Carolo*; S. Pii V. *part* 3. §. *Secundo ex magno*, Sancti Philippi Nerii *part.* 2. *tit. de Charitat., et zel. animar. sub* §. *Idcirco*; et alibi passim.

54 Evidentior redditur heroicitas hujus Virtutis in Servo Dei ex modo extraordinario, admirabili, ac superiori viribus humanis, quo se in exercitio Missionandi, et excolendi vineam Domini indefesse gerebat, et ex gravissimi, incommodis, laboribus, asperrimis itineribus, manifestis vitæ periculis, quibus pro animarum salute se ultro exponebat, uti colligitur tum ex his, quæ inferius cumulavimus sub *titulo de Fortitudine* §. 87. *et seq.*, tum ex Teste I. Processus Informativi

Pa-

Panormitani constructi anno 1667., *Summario num.* 18. §. 15. *et seq.* ibi = *Si avverte che il travaglio del Missionare del Padre Luigi non era travaglio ordinario, perchè fu con spessi, et evidenti pericoli di perdere la vita; et io sotto Sperlinga prima di arrivare alla Città di Nicoxia mi trovai così abbattuto dalli mali tempi, mali cammini, et una caduta d'un fiume, che feci fra me stesso questa riflessione, che quel travaglio non si poteva prendere per cosa alcuna del Mondo; mà solo per servizio di Dio, et aggiuto dell'anime. Perchè si pativa con il continuo viaggiare, con le scommodità del vitto, e vestito, e stanza con le continue tempeste d'acqua, neve, venti, freddo, mal allogiamenti, scarsezza del mangiare, mutazione d'aria, pericoli di fiumi, di ladri, d'infermità, separata la stracchezza continua: In quelli giorni, che si faceva la Missione, nel predicare, confessare tutto il giorno, e parte della notte, non restando molte delle volte tempo nè anche di mangiare per l'andare a torno a far la Dottrina Cristiana, esortare a Monasterj, Carcere, Ospedali, et ad ogni sorte di persona. Basta il dire, che con il Padre Luigi non poteva il Compagno resistere a lungo tempo, che però molti se ne mutarono, restando ammalati, et indeboliti dalle continue fatiche, essendo necessario nell'ultimi anni del Padre Luigi assegnare due Compagni per potere resistere alle fatiche. Dico di più, che non contento il Padre Luigi delli travagli, che seco portava la Missione, l'andava crescendo con non riposarsi da quelli, che però spesso essendovi gran vento, pioggie, nevi, e freddi, andava scoperto, e senza berrettino, e pare, che tripudiasse nelli patimenti.*

Hoc ipsum contestatum habemus tam a Teste XC., *Summ. num.* 15. §. 27. *et seq.*, ibi = *Non è credibile quanto patisse questo Servo di Dio per la Divina gloria; non solamente nel viaggiare, nella povertà degli alloggi, nella varietà, e scarsezza del mangiare, ma più d'ogn'altra cosa nel modo di Missionare, ove travagliava quanto tre valenti Operarj non haverebber potuto arrivare* = *Et dicto num.* 18. §. 163. = *Mentre faceva la Quaresima a Messina etc. Il Venerdì Santo fece tre prediche di Passione nell'istessa mattina a trè parti differenti, cioè alli Carcerati, et a due Monasterj, se pur non erro, e queste ben lunghe, e di gran frutto, havendo fatto la solita alla nostra Chiesa il Giovedì la sera* = Tam denique ex Teste II. Processus Apostolici *ne pereant probationes*, *Summar. eodem num.* 22. §. 69. *et seq.*, ubi minute describit labores, incommoda, ærumnas, quibus Missionarii perpetuo subjacent. De facto suæ salutis prodigus sub pondere tot laborum tandem aliquando succubuit, et quam vitam in procuranda Proximiorum salute perpetuo insumpserat, in hoc eodem actuali exercitio, prout semper optaverat, beato fine complevit, veluti liquet *ex Summ.* sparsim, præsertim *num.* 33., et ex his, quæ referemus infra sub titulo *de Obitu*.

Hæ porro liquido commonstrant, Charitatem Servi Dei ipsum heroicitatis fastigium prætergressam fuisse, quemadmodum deducitur ex *Joann.* 15. 13. = *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis* = et magistraliter explicat Angelicus Doctor supracitato *Opusc.* 18. *cap.* 14., ubi expendens modos, et circumstantias, quibus Charitas erga Proximum heroica ostenditur, docet esse sequentes, videlicet = *Postponendo substantias suas, corpus suum laboribus exponendo, et vitam ponendo pro fratribus suis. Quanto enim aliquid intensius amatur, tanto facilius alia propter*

pter ipsum contemnuntur; Sed tria sunt, quæ possunt contemni prò-pter dilectionem Proximi, nempe bona temporalia, labores, et fatigationes proprii corporis, et ipsa vita = et in fine ejusdem *cap.* 14. ita concludit = *Hujusmodi autem bonorum collatio ad singularem quamdam perfectionem pertinet fraternæ dilectionis etc.* = Et congruit doctrina ejusdem S. Doctoris 2. 2. *quæst.* 26. *art.* 5. *ad tertium*, ibi = *Non est de necessitate Charitatis, quod homo pròprium corpus exponat pro salute Proximi, nisi in casu, quo tenetur ejus saluti providere, sed quod aliquis sponte ad hoc se offerat, pertinet ad perfectionem Charitatis* = Adstipulantur Eminentissimus Laureæ *disput.* 32. *de Virt. Heroic. art.* 12. *pag.* 764. *num.* 360. *et seq.*, *et* Schaech. *de not., et sign. Sanctitat. sect.* 3. *cap.* 4. *pag.* 216.

57 Prædicta omnia præ oculis habendo, nemo sane mirabitur, si Populi in immenso numero ad illum audiendum undique conflerent, adeo ut sub aperto cælo frequenter concionari cogeretur, et quandoque undecim millia Auditorum numerata fuerint, si cælestis Luminum Pater fui Famuli sudoribus benedicendo specialissime cum illo concurreret, ac proinde incredibilis esset eorumdem Auditorum, et integrarum Civitatum commotio, et fletus, ita ut aliena corda in manibus habere videretur, et ab illo nemo impœnitens, et non illacrymans discederet. Uno verbo, de ejus concionibus abunde verificata conspicimus ea, quæ scribit Apostolus ad Hebræos *cap.* 4. *n.* 12. = *Vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, e pertinguens usque ad divisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, ac discretor cogitationum, et intentionum cordis.* Quemadmodum una voce sub solemni jurejurando de ignitis ejus sermonibus affirmant Testes supra citati, et mox citandi. Inter quos Testis XI. Processus Informativi Drepanensis deponit, *Summ. num.* 16. §. 79., ibi = *Che l'efficacia grande, che haveva il Padre Luigi nel predicare, era cosa affatto meravigliosa, sicchè moveva li cuori dell'udienza a lagrime, ogni volta, che lui voleva* =.

58 De facto his mediantibus, et additis etiam mirabili industria, diligentiis, et artibus, quas mira sagacitate excogitabat, et adhibebat, nec non stupendis prodigiis, et gratiis gratis datis, revelationum, scrutationum cordium, prophetiæ, aliisque partim descriptis supra §. 28. *et seq.* partim describendis infra §. 120. *et seq.* inexplicabilis est seges, ac fructus, quem ex Apostolicis suis laboribus colligebat, innumeri peccatores ad pœnitentiam, flagitiosæ mulieres ad continentiam, inimici ad concordiam, infideles etsi pervicacissimi ad lumen Evangelii, probi viri ad alacrius calcandum perfectionis iter traducti, innumera item sublata scandala, et abusus, quamplures Congregationes, Domus, Hospitia, seu Conservatoria in variis Siciliæ Urbibus, et locis vel restituta, vel a fundamentis erecta pro mulieribus a laxiori vivendi licentia ad servandam Castitatem reductis, et pro Puellis periclitantibus *Summario num.* 8. §. 9. *n.* 9. *per tot. n.* 10. §. 36. *num.* 11. §. 8. *et seq.* 14. 16. 28. 35. 36. *et seq.* 85. 86. 87. 103. *et seq.* 128. 131. *n.* 13. §. 7. *num.* 15. §. 4. 8. *num.* 18. *per totum* signanter §. 84. 130. *num.* 19. §. 77. *num.* 23. §. 59. *num.* 27. §. 48. 59. 60. 80. *et seqq. num.* 29. §. 89. *numer.* 30. sparsim, *num.* 34. §. 7. *num.* 36. §. 69; Quamobrem jure optimo accenseri debet Aloysius in numero eorum, de quibus scribit Sanctus Gregorius *lib.* 2. *Homil.* 34. *in Evangel.* = *Sunt nonnulli, qui supernæ contemplationis facibus accensi in solo conditoris sui desiderio*

an-

nhelant ; atque in ipso suo ardore requiescunt amando, ardent loquendo, et alios accendunt, et quos verbo tangunt, ardere proti- nus in Dei amorem faciunt. Quid ergo istos, nisi Seraphim dixe- rim, quorum cor in igne conversum lucet et urit ?

Sed nec minus fervens, et heroica fuit Dei Famuli Charitas, quæ ad ope- ra corporalia extenditur, cum nullum plane fuerit miseriarum genus, cui ille omnibus omnia factus pari cum affectu, et promptitudine non succurrerit, divinæ memor promissionis, de qua *Matt.* 25. *v.* 36. = *Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum a constitutione mundi; esurivi enim, et dedistis mihi manducare, siti- vi; et dedistis mihi bibere, hospes eram, et collegistis me, nudus, et cooperuistis me, infirmus, et visitastis me, in carcere eram, et venistis ad me* = Nam singillatim discurrendo, pro eo, quod attinet ad primam partem respicientem curam Pauperum, istos tam tenero paterno amore complectebatur Servus Dei, ut commiseratio de sinu matris cum illo egressa et adolevisse videretur ; ideoque miram sem- per fovit sollicitudinem eosdem adjuvandi, ac sustentandi, eorumque indigentias tam quoad victum, quam quoad vestitum eleemosynis a piis personis collectis quoquoversum sublevandi, absque eo quod ejus viscera Charitatis ex illorum inurbanitate, importunitate, et petu- antia quidpiam refrigescerent. Liquefieri videbatur in ipsorum neces- itatibus, et è converso exprimi non potest, quanto gaudio perfun- leretur, et quantopere gestiret, dum illorum inopiæ consulere datum rat. His omnibus non contentus, necessariis quoque ad suum victum, t usum destinatis rebus jam inde a pueritia se ipsum privare consue- it, ut pauperes, et mendicos pasceret. *Sum. num.* 7. §. 70. *num.* 9. 149. *num.* 10. §. 10. 12. 15. *num.* 11. §. 7. 43. *et seqq.* §. 47. 76. *seqq.* 89. 90., *et seqq.* 107. *num.* 14. §. 17., *et* 28. ubi inter alia gitur, quod = *Il sommo delle sue allegrezze era quando ottenea li- nza da nostri Superiori d'andare al Guardarobba per ottener vesti, simili per li poveri, o persone, che correano pericolo di cadere in ccato* = Eadem ferme eliciuntur *ex Sum. num.* 18. §. 1. 2. 3. 5. 110. 8. *num.* 19. *per totum*, *num.* 20. §. 40. 41. 44., *et seqq. num.* 21. 66. 77., ubi Testis LXXX. inter alia deponit = *Trionfava quando uta già la licenza del Superiore, raccoglieva mille cosuzze per rle a poveri, e per allettare i Schiavi alla Fede* = *n.* 25. §. 26. *m.* 26. §. 35. *num.* 27. §. 3. 74. *num.* 31. §. 14. *et n.* 33. §. 142. is quidem charitatis actus stupendis etiam prodigiis Altissimus non stitit confirmare juxta dicta §. 30. ; ac propterea perspicua redditur ex hoc præciso capite undequaque excellens, et heroica charitas vi Dei in Proximum ; prout ex similibus actibus illam eruunt Audi- es Rotæ in *Relationibus* Causarum S. Ignatii Loyolæ *tit. de Charita- in Proximum* §. 2. *Eleemosynarum*, S. Aloysii Gonzaga *eodem tit.*, Elisabet Reginæ Portugalliæ *d. tit.* §. *Ista Beata*, S. Thomæ de lanova apud Contelor. *De Canonizat Sanctor. pag.* 537., et pas- legitur in Diplomatibus Canonizationum, uti observat Scacc. *de* , *et sig. Sanctitat. sect.* 7. *cap.* 1. *pag.* 512., *et seqq.*, late inentissimus Lauræa *tom.* 4. *disput.* 13. *art.* 1. *num.* 14.

nus eram, et visitastis me. Infirmorum pauperum servitio se m devovit, ac mancipavit, idque tum in privatis domibus, tum osocomiis, tum in aliis locis etiam abjectis, et immundis. Il- on modo tum corporales, tum spirituales eleemosynas promptis- suppeditabat, eorumque calamitates verborum suavitate lenie-

bat,

bat, ac piis blandissimis recreabat colloquiis, sed quod notabilius est, in vilioribus quibusque ministeriis alacriter inserviebat, gaudens eorum immunditias, ac fætida vascula, non sine adstantium stupore tergere, et exhaurire *Summ. num.* 9. §. 150. *et seqq. num.* 11. §. 49. *et seqq.* §. 108. *num.* 18. §. 1. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. *et seqq. num.* 19. *per tot.* signanter §. 58. *et seq.*, ubi ex Teste LXIV. legitur = *Negli Ospedali egli più volentieri visitata, e serviva alli più gravemente infermi, e li più schifosi, nettava loro anche i vasi immondi, portandoli sotto il mantello per sfuggire la vanagloria* = *num.* 20. §. 43. *num.* 21. §. 89. *num.* 23. §. 28.

62 Cæterum his, et quibuscumque aliis sepositis, ad demonstrandam superexcedentem illius Charitatem erga infirmos, absque dubio superabundant facta particularia, et vere stupenda, quæ minute descripta adduximus inferius sub titulo *de Temperantia* §. 99. *et seqq.*, quæque revera non sine horrore audiri possunt. Primum est illud, quod contigit in Civitate Syracusarum, ubi quidem erat homo morbo adeo fætido, et purulento laborans, ut ipsa ejus uxor illum domo ejecerit. In quem incidens Aloysius, peramanter excepit, omni ope adjuvit, ac saniosa ejus ulcera per novendecim dies exugit, donec perfecte sanum dimisit. Alterum factum prædicto affine accidit cuidam Juveni, qui vocabatur Marius de Alexandro, cui pariter Dei Servus lambere non exhorruit pus emanans ex fætida scabie, seu porrigine capitis, qua infectus erat. Tertium narratur de pauperrimo item adolescente in Civitate Leontina, qui purulenta, ac pessimæ indolis gangræna miserrime affectus, ab omnibus derelictus, eoque redactus, ut morbi vis sensim tibias corroderet, atque absumeret, cum prope domum, in qua Servus Dei hospitabatur, expositus suam miseriam deploraret, iste certior factus infelicissimi status pueri, in noctis silentio ad eum secreto descendebat, et districte illi injuncto, ne rem cuipiam revelaret, cibo reficiebat, abstergebat ulcera, fætidam saniem per heroicos mortificationis actus avide sibi sugebat, ac deinde partem affectam, quo meliori poterat modo, colligabat. Quod cum per plures subsequentes noctes sedulo fecisset, tandem prodigiose sanum, et incolumem illum reddidit. Consimile quid peregit cum Nicolao Lo Nigro, cujus faciem exulceratam, et putrefactam, et ex ea fædam defluentem saniem lingere, ac sorbere non dubitavit. Sed nec minus deque stupendum est illud, quod contigit cum quodam mancipio moribundo, cui Servus Dei peramanter assistens, et inserviens fætidum reuma, quod ille egerebat, linteolo collectum intrepide deglutivit. Qui heroicus actus a Socio conspectus talem impressionem in ejus mente fecit, ut ad Religiosam perfectionem ultra modum se se excitatum, atque inflammatum sensisse de facto proprio testetur, *Sum. num.* 23. §. 102. *et sequentibus*, ubi rem totam enarrat.

63 *In Carcere eram, et venistis ad me*. Id quoque strenue adimplevit Ven. Aloysius, utpote qui, uti constat *ex Sum. n.* 9. §. 150. *n.* 11. §. 108. *num.* 18. §. 1. 109. *n.* 19. *per totum* sparsim, *num.* 20. §. 42. *num.* 21. §. 89. *et num.* 23. §. 29., neclecto carcerum, et triremium squallore, reos in illis detentos frequentissime invisebat, solabatur, dulcissimisque confortabat verbis, erga illos suæ commiserationis viscera effundens. Eorum insuper patrocinium libentissime suscipiebat, ac mirum in modum sollicitus erat, nequid illis in hoc misero statu ad vitæ sustentationem deesset, sed omnia necessaria suppeditarentur; Hinc merito comparandus S. Tobiæ, qui veluti legitur *Tob. c.* 1.

v. 15.

v. 15. = *Pergebat ad omnes* ; *qui erant in captivitate* ; *et monita salutis dabat eis* = Ex quibus actibus eximia sane ejusdem comprobatur charitas, quæ nihil indecorum putat, ut notat S. Bernardus *Serm.* 56. *super Cantica*, quæque, ut habet idem mellifluus Doctor *in cæn. Domini sermon.* 5. *post med.* = *Extra sinum amoris nullum valet relinquere.*

Ad extremum non minus perfecte adimplevisse dignoscitur Aloysius ea, quæ curam hospitum respiciunt = *Hospes eram, et collegisti me* =; Nam ultra factum relatum *Sum. num.* 29. §. 29. *et seqq.* huc revocari potest ea indefessa sollicitudo, quam perpetuo habuit, collocandi aut apud honestas Matronas, aut in Monasteriis, aut in tutis Domibus, et Hospitiis a se fundatis periclitantes puellas, aut mulieres ad bonam frugem a laxa vivendi ratione traductas, quibus omnia necessaria providentissime subministrabat, ut uno, eodemque actu et corpori, et animæ, sive earum honestati prospiceret, ad quem finem tamquam ad metam universæ, quas Aloysius elargiebatur, aut procurabat, eleemosynæ collimabant, ad finem scilicet impediendi peccata, et animas ad Deum reducendi. *Summ.* locis supra citatis, et alibi passim. Cum itaque Dei Famulus opera misericordiæ tum Spiritualia, tum Corporalia suis Proximis exhibuerit, idque prompte, alacriter, ac supra communem operandi modum die, noctuque indiscriminatim, usque ad ultimum vitæ articulum præstiterit, nequit ullo modo in discrimen, aut dubium revocari, quin ejus in Proximum Charitas sublimem heroicitatis apicem, et culmen attigerit, cum non solum *verbo*, aut *lingua*, sed uti monet S. Joannes *Epist.* 3. *n.* 18. *opere veritate* suum Proximum usquequaque dilexerit.

De Virtutibus Cardinalibus,

ET PRIMO,

DE PRUDENTIA

Prudentia, quæ prout in homine Christiano consideratur, est = *Ornatrix affectuum, et morum doctrix etc. tolle hanc, et virtutum erit* = sunt verba S. Bernardi *serm.* 49. *in Cant.*, quæque tradita per Divum Thomam 2. 2. *quæst.* 47. *art.* 13. *in corp.* definitur = *Recta ratio agibilium, quæ finem, et ejus cognitionem præponit, ex quo tanquam ex principio sumit rationem mediorum finem* = in duas partes, seu species dividitur, in Monasticam scilicet, et Gubernatricem. Illa respicit directionem solius privatæ personæ, ista vero pertinet ad personam, quæ alios regat, et hæc appellatur etiam politica, quemadmodum explicat Cardinalis de Lauream *de Virtut. disput.* 32. *art.* 2. *num.* 44. Cardinalis de Aguirre, alii.

Utroque Prudentiæ genere Vener. Dei Servum enituisse constat. Si vero de Monastica loquamur ex huc usque late deductis perspicuum est illum ab ineunte ætate ita vitam suam instituisse, ut per semitam Christianæ perfectionis indefectibiliter incedens, id unum respexerit, scilicet altissimum æternæ salutis finem assequeretur, ad quem omnes prorsus ejus cogitationes, vota, dicta, opera tanquam ad

unicum scopum tendebant. Ad quem etiam effectum sequutus monitum Christi Domini Matthæi *cap.* 10. *vers.* 16. = *Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut Columbæ* = idest, ut ex S. Augustino exponit Jacobus Tirinus *in Commentariis super dicto cap.* 10. = *Prævidete, cavete, fugite struendas vobis insidias, ne seducamini, ne vincamini*, eximia cautela, circumspectione, ac sensuum exactissima custodia evitavit quidquid consecutionem ejusdem ultimi finis illi impedire poterat. Quocirca plene de eo verificatur id, quod scribit S. Basilius *Homil.* 11. *variorum argum. in princip. Proverb.* ibi = *Vera autem prudentia eorum, quæ agenda sunt, et non agenda, cognitio est, quam si quis recte sectatus fuerit, nunquam ab officio, virtuteque discedet* = et adamussim illi congruit doctrina Div. Thomæ 1. 2. *quæst.* 61. *art.* 5. ubi tradit, Prudentiam, quæ divina solum intuearetur, virtutem esse jam assequentium divinam similitudinem Beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum.

67. Luculentius adhuc comprobatur hoc ipsum, quia cum Prudentia heroica ex dono scientiæ, et consilii, et ex instinctu divino prompte, et expedite eligat, et in usum deducat efficacissima quæque media ad finem supernaturalem, et inter cætera medium hujusmodi censeatur Evangelicorum Consiliorum perfecta observantia, veluti expendit Cardinalis de Laurea *citat. disp.* 32. *art.* 13. *n.* 381., *et seq.*; Venerabilem Aloysium insigni fuisse exornatum prudentia liquet hoc ipso, quod viam Domini in ætatis flore ingressus, vitam religiosam dictorum consiliorum observantia vallatam, ac præmunitam post maturum examen, post exquisitum sapientissimorum Virorum consilium, et post effusas ad Deum ferventissimas, atque incessantes preces, in castris inclytæ Societatis Jesu professus est; et in hoc assumpto vitæ genere ad extremum usque spiritum inter immensos exantlatos labores, inter asperrimas carnis macerationes constanter perseveravit. Quæ omnia heroicam ejus prudentiam manifesto commonstrant, veluti apposite ad rem ponderat prælaudatus Cardinalis de Lauræa *disput.* 32. *de virtut. heroic. art.* 13. *num.* 103. *et seq.* ibi = *Hæc est altissima prudentia, quam Christus docuit; et abscondit a sapientibus hujus sæculi, hæc fuit heroica prudentia tot Virginum, et Confessorum, qui ex instinctu divino nuncium mundo remittentes, strictam consiliorum viam elegerunt, corpus macerarunt, et toti Deo vocarunt; non enim prudentia carnis, nec prudentia Christiana communis dictant asperiorum consiliorum viam, extremam paupertatem, securioris vitæ asperitatem, perfectissimam sui abnegationem; sola prudentia eminens, et heroica tam aspera media potest dictare, ut patet in Sanctis Hilarione, Antonio, Benedicto, Dominico, et Francisco, qui ex dono consilii, et habitante in eis Spiritu Sancto illa, ut tutissima elegerunt ad æternam felicitatem adipiscendam.*

68. Pro eo, quod spectat ad aliam Prudentiæ partem, quæ Gubernatrix dicitur, utpote quia se extendit ad bonum commune multitudinis; et ideo quamvis necessario includat Monasticam, illamque veluti fundamentum supponat, cum nemo vere, et laudabiliter possit curare bonum aliorum, nisi prius curet bonum proprium; attamen est illa excellentior propter majorem amplitudinem, prout observat d. Cardinalis de Aguirre *de Virtutibs, et Vit. disput.* 11. *sect.* 3. *in fine*; in hac quoque mirifice excelluit Aloysius noster, qui non modò salutem propriam, verum etiam aliorum totis viribus procuravit, ut omnes suum ultimum finem consequerentur. In quo commendabili exercitio

omnes

omnes Prudentiæ partes, et dictamina perfecte adimplevit, et efficacissima quæque media in usum deduxit, oratione videlicet, et carnis afflictationibus apud Deum instando, evitando quidquid suum piissimum intentum impedire poterat, nunc lenitate, suavitate, ac dulcissimis verbis, nunc severitate, atque asperis modis usus, vincendo in bono malum, correctionem ad suum tempus transferendo, et similia. Quibus artibus de quolibet pervicacissimo, et obdurato peccatore triumphabat, *Sum. n.* 11. § 38. *n.* 18. §. 112. 113. 114. 115. 116. *n.* 19. §. 44. 45. *n.* 20. *per totum n.* 23. §. 48.

69 Clarius, et congruentius demonstratur hoc ipsum tum ex singulari desteritate, et suavitate, qua pollebat, in reconciliandis inter se inimicis, et sedandis odiis, et dissentionibus, veluti colligitur ex *Summario* passim, signanter *n.* 18. §. 47. *et seq.*, et conferunt ea, quæ habentur eodem *Sum. n.* 21. §. 35. 51., tum ex eo, quod ob pervulgatam ejus prudentiam quamplures vel de longinquis, et dissitis locis ad illum concurrebant, ut ejus consilium in casibus dubiis, at implexis audirent non sine magno fructu, et fœnore, quod ejusdem dictis acquiescentes reportabant, *Summ. n.* 10. §. 25. *n.* 18. §. 111. *num.* 20. §. 23.

DE JUSTITIA

70 Virtus Justitiæ, uti cuilibet notum est, dupliciter sumi, et considerari potest, generaliter videlicet, seu large, et particulariter, adstricte. Considerata primo modo importat statum omnium virtutum aggregatione perfectum; veluti inter alios observat Div. Hieronymus *ad Demetr.* ubi = *Quod omnes virtutis species uno Justitiæ nomine continentur* = Juxta quem sensum viri boni in sacris Literis *Justi* appellantur, et Christus Dominus loquendo discipulis suis Matth. *cap.* 6. *vers.* 1. inquit = *Attendite, ne Justitiam vestram faciatis coram Hominibus*, = Cumque Genes. *cap.* 6. *ver.* 9. Noè *Vir justus* appelletur, subiicit S. Joannes Chrysostomus *Homil.* 23. *n.* 5. *pag.* 212. *tom.* 4. *Operum* = *Hac appellatione* (Justi) *Joannem virtutem complectitur*; *hoc enim nomen* Justus *consuevimus dicere de iis, qui omnigenam exercent virtutem*; et in hoc sensu accepta Justitia, *Legalis* appellatur, omniumque legum observationem complectitur. At si eadem virtus stricte accipiatur, sumitur pro virtute morali, quæ versatur circa determinatam juris materiam, ac definiri solet = *Constans*, et *et per tua voluntas jus suum unicuique tribuens*; = quam definitionem desumptam ex Vulpiano *in leg justitia ff. de justit., et jur.* approbat, et explicat Magister Angelicus 2. 2. *quæst.* 58. *art.* 1. *in corpore*, ubi docet, ejusmodi definitionem Justitiæ esse completam, si habitus loco actus substituatur. Utramque Justitiam tam generalem, quam particularem in excelso, et heroico gradu Venerabilis Aloysius indubitanter exercuit.

71 Generalem quidem hoc ipso, quod constat, illum exactissime observasse omnes prorsus leges, ac præcepta, non minus Divina, et Ecclesiastica, quam peculiaria, et propria sui Instituti, per quorum angustissimum licet callem ita impolluto pede per totum suæ vitæ spatium cucurrit, ut in nullo umquam defecerit, nec quidpiam in illo quis expiscari, et adinvenire valuerit, quod reprehensione, aut aliqua nota dignum videretur. Quin ab oppositio omnes, et singulos virtu-

tum actus suo statui congruentes summa animi hilaritate, facilitate, promptitudine exercens, exemplum, et prototypon bonorum operum cunctis se usquequaque exhibuit, juxta late exposita supra §. 11, *et seq.*, et dicenda inferius suis locis.

72 Eodem pacto in alia Justitiæ stricte sumptæ parte, seu specie quantum in homine privato, ac Religioso exoptari potest, mirabiliter enituit; quandoquidem non modo jus suum unicuique tribuit, neminem offendit, aut læsit, nec ullum umquam Proximo malum intulit, aut causavit, id quod ad implenda hujus virtutis præscripta satis fuisset, verum insuper longe ulterius progressus, unicuique semper succurrere, et prodesse studuit, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ad quem effectum potissimum immensi ejus tendebant labores, quibus per totam vitam alacriter, ac magnanimiter incubuit, prout fuse sub titulo *de Charitate in Proximum* enarravimus. Ex quibus apprime elucet particularis Aloysii Justitia, quemadmodum ad rem ponderat Sanctus Laurentius Justinianus *in lign. vit. de Virtut. Justit. cap.* 2. ibi = *Justitia potest breviter in duo dividi, velle videlicet omnibus prodesse, et nulli nocere; Amabis, ait quis, Deum, si illum imitaberis, ut velis omnibus prodesse, et nulli nocere, et tunc Virum justum oppellabunt te omnes.*

73 Inter Virtutes Justitiæ adnexas, quæ partes *potentiales* ejusdem, duce Divo Thoma, a Theologis vulgo appellantur, potissimum sibi locum vindicat Religio, quæ debitum cultum tribuit Deo tamquam omnium bonorum auctori, ac principio, id quod hujus virtutis præstantiam supra alias virtutes morales aperte connotat, veluti nuper laudatus Angelus Doctor expendit 2. 2. *quæst.* 81. *art.* 6. *in corpore*, ibi = *Religio magis de propinque accedit ad Deum, quam aliæ virtutes morales, in quantum operatur, ea quæ directe, et immediate ordinantur in bonum divinum, et ideo Religio præeminet inter alias virtutes morales* = Religionis vero duo præcipui numerantur actus *devotio* videlicet, et *oratio*. Devotio, quæ juxta mentem ejusdem Angelici Doctoris *citat.* 2. 2. *quæst.* 82. *art.* 1. nil aliud importat, quam voluntatem quamdam se prompte tradendi ad ea, quæ pertinent ad Dei cultum, manifesta redditur in Venerabili Patre ex quotidiana divini sacrificii celebratione, quod tanto cum fervore, compositione, pietate, ac spiritus ardore peragebat, ut ad devotionem Auditore mirifice commoveret; unde quisque exoptabat ejus sacris interesse, et non raro reliquebant alias Missas jam incæptas, ut præsentia Servi Dei perfruerentur. Tali devotionis incendio erga sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum æstuabat, ut ab illius adoratione, nonnisi summa difficultate divelli posset, cumque teneerrimos erga tantum Sacramentum venerationis sensus, et affectus jam inde a primis annis quasi cum Nutricis lacte hausisset, nedum tractu temporis non deferbuerunt, ut potius de die in diem ultra modum excreverint, ac vires sumpserint, quemadmodum late expendimus, et comprobavimus supra titulo *de Fide* §. 25., et titulo *de Charitate* §. 47.

74 Quæ sane singularis erga Eucharistiam Devotio quantopere laudanda, et extollenda sit, manifeste deprehenditur ex his, quæ scribit S. Laurentius Justinianus *in serm. de Christ. Corp.*, ubi hæc habet = *Nullo alio Sacrificio honorificentius laudatur Deus, quam per Altaris immaculatam Hostiam, quam præcipue ob divinæ laudis exhibitionem complendam Ecclesiæ suæ Christus offerendam instituit, ipsius namque Passionis, et humanæ Redemptionis in ea celebrantur Myste-*

steria: *Itaque felix est Sacerdos, qui digne Sacrum quotidie celebrat, inquit S. Leo Papa relatus in Canon. sufficit de consecrat. dist.* 1.; Atque hanc assiduitatem in re divina maximo cum fervore facienda ad heroicum fastigium evehunt Scacchus *de not.*, *et sign. Sanctitat sect.* 5. *cap.* 3. *pag.* 309. *et seq.* Auditores Rotæ in *Relationibus* Canonizationum, S. Thomæ de Villanova penes Canteliorum *de Canonizatione Sanctorum pag.* 592. *sub.* §. *Sacrificium*, S. Ignatii Loyolæ *part.* 2. *titul. de Justit.* §. *Sacrificium* S. Caroli Borromæi *part.* 2. *argum.* 25. §. *Ad Spiritus*, *et* §. *Quotidiana*, et passim in aliis.

75 Eodem ferventissimo devotionis æstu ferebatur Aloysius tam erga Dominicum Passionem, et alia Mysteria Christi Domini juxta recensita in superioribus § 47., quam erga Sanctissimam Trinitatem, ac singulas Divinas Personas. Deiparam vero Virginem præsertim sub titulo Immaculatæ Conceptionis filiali semper, et ardentissimo devotionis affectu ab ipsis incunabulis prosequutus est. Illam non minus in ore quam in corde jugiter habens, tum privatis colloquiis, tum publicis sermonibus, tum et speciatim exemplo ejusdem affectum, cultum, et venerationem omnibus instillare nitebatur; ut proinde nil mirum sit, si quandoque fuerit ejus apparitione dignatus, sique plurimas gratias; et miracula ejus ope obtinuit. Quæ omnia resultant ex *Sum.* *num.* 7. §. 37. 38. *num.* 11. §. 39. *num.* 12. §. 89. *num.* 13. §. 4. *et* 5. *pag.* 119. *num.* 14. §. 4. *n.* 16 §. 6. 32. 56. 63. 64. *n.* 17. *per totum*, sparsim, *n.* 24. §. 49. *n.* 25. §. 35. *nu.* 27. §. 54. 55. *n.* 33. §. 37. 89. 91. 92. 141., et alibi = Quanti vero facienda sit ejusmodi tenera devotio erga Beatissimam Virginem, et quam Deo accepta, liquido infertur ex his, quæ scribit S. Bernardus *Serm.* 1. *de Nativitate Mariæ* ibi = *Altius intuemini quanto devotionis affectu a nobis Mariam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, ut proinde si quid spei, si quid gratiæ, si quid salutis in nobis est, ab ea noverimus redundare, quæ ascendit deliciis affluens etc. Totis ergo medulis cordium, totis præcordiorum affectibus, et votis omnibus Mariam hunc veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam* = Et hanc Beatissimæ Virginis venerationem plurimi faciunt Auditores Rotæ in *Relationibus* Canonizationum Sancti Aloysii Gonzagæ *Cap.* 7. §. *Deiparam*, S. Ignatii Loyolæ *part.* 2. *tit. de Justit.* §. *Denique*, et S. Andreæ Avellini *cap.* 9. §. *Nec vero.*

76 Ex *Summario* locis modo allegatis respective eadem certitudine constat, quod Dei Servus singularem quoque profitebatur devotionem erga Sanctos Angelos, et nonnullos alios insignes nostræ Religionis Heroes, cujusmodi sunt S. Joseph, Joachim, et Anna, S. Ignatius, Franciscus Xaverius, Antonius Patavinus, ad quos remittere solebat recurrentes ad se pro obtinendo aliquo miraculo, aut gratia, illisque ad occultandam propriam virtutem, obtentam referebat, Sancta Ursula, in cujus Festo ad aliam vitam migrare promeruit, Sanctus Vincentius Ferrerius, Catharina Senensis, et alii. Profecto hæc fervens erga dictos Sanctos devotio, ac veneratio eo magis comprobat eximium pietatis affectum, quo in Deum ferebatur hoc ipso, quod ex D. Thoma 2. 2. *quæst.* 80. *art.* 2., *devotio, quæ habetur ad Sanctos, non terminatur ad ipsos, sed transit in Deum, in quantum scilicet in Ministris Dei Deum veneramur*, et ponderant Auditores Rotæ in *Relatione* Canonizationis S. Aloysii Gonzagæ, dicto *cap.* 7. §. *Angelorum.*

Alter

77 Alter peculiaris Religionis actus est oratio, utpote quia ad tradita per sæpe laudatum Angelicum Doctorem 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 3. *in corp. ad Religionem proprie pertinet reverentiam, et honorem Deo exhibere etc. Per orationem autem homo Deo reverentiam exhibet, in quantum scilicet ei se subiicit, et profitetur orando, se eo indigere, sicut Authore suorum honorum* = Noster Venerabilis Pater quantopere in hoc exercitio enituerit, et quam fervens, assidua, et incessans ejus esset oratio fuse exposuimus, et comprobavimus supra sub titulo *de Spe* §. 37., quo loco indicavimus Testes, qui deponunt etiam de eximia ejusdem devotione, ac singulari animi, et corporis compositione, qua Horas Canonicas statis temporibus, et flexis genibus, quoad poterat, persolvebat. Merito idcirco comparandus tum Sancto Carolo Borromæo, uti referunt illius Vitæ Scriptores, tum Sancto Laurentio Justiniano, qui = *Stabat gradu nixus dum divina canerentur Officia, non dextera, non leva sedilibus inhærere, quem statum in psallendo semper servavit*, ut Bernardus Justinianus Nepos in ejus *Vita cap.* 2. *sub initium* ad Monachos Carthusienses prolocutus est, et quod ipse Sanctus agebat, luculenter docuit *de disciplina, et perfect. Monast. cap.* 17. *per tot.*; Ex quo etiam Auditores Rotæ extollunt Religionem Sancti Ignatii Loyolæ in *Relatione* illius Canonizationis *part.* 2. *tit. de Justit. sub* §. *Ecclesiis.*

78 Ad eamdem Religionis virtutem, et consequenter ad justitiam pertinet votorum observatio, uti docet D. Thomas 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 5. *in corpor. ex illo Isaiæ* 17. 21. *Colent eum in hostiis, et muneribus, et vota vovebat Domino, et solvent.* Et quidem per hæc vota nos ipsos in Sacrificium Deo offerimus, cum vitam nostram divino cultui dedicamus, inquit S. Gregorius *Moral.* 9. *cap.* 31., et firmant Auditores Rotæ in *Relationibus* Canonizationum S. Thomæ de Villanova penes Contelor. *da Canonizat Sanctor. pag.* 593., ac S. Ignatii Loyolæ *part.* 2. *tit. de Justit.* §. *Vita.* Quam eminenter, et heroice sese gesserit Servus Dei in observandis, et adimplendis Votis Religiosis, et universis sui Instituti Regulis, et Constitutionibus concludentissime constat tam ex his, quæ congesta sunt *supra* §. 11. *et seq.*, quam ex juratis assertionibus Testium *Sum. n.* 9. §. 141. *n.* 10. §. 20. 28. 29. *n.* 11. §. 99. *n.* 15. §. 12. 13. *n.* 16. §. 24. 25. *num.* 17. §. 23. *num.* 21. *per tot. n.* 25. §. 39. 40. 41. *num.* 34. §. 43. Quibus in locis unanimiter contestantur, in eo mirum in modum eluxisse studium observantiæ Regularis, itaut nullam prosus ex innumeris minutissimis regulis Societatis unquam violaverit, quamvis sæpe sæpius non sine suo gravi incommodo, difficultate, ac repugnantia nonnullas ex ipsis adimplere deberet, itaut nullus prorsus in eo defectus notari valuerit; Contestantur item, specialiter eluxisse cæcam, et exactissimam Obedientiam, angelicam Castitatem, atque exquisitissimam Paupertatem. Omissis interim Votis Castitatis, et Paupertatis de quibus suo loco sub titulo *de Temperantia* §. 106. *et seq.* instituetur fermo, expendenda hic est insignis ejus obedientia, quæ vere lydius lapis totius religiosæ perfectionis jure optimo reputatur, unde omni cum fundamento scribit Sanctus Gregorius *ult. moral. cap.* 10. = *Obedientia sola virtus est, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertasque custodit* = ac juxta D. Thomam 2. 2. *quæst.* 104. *art.* 3. cæteras inter virtutes morales primatum obtinet, attento quod per illam voluntas propria, quæ cæteris bonis humanis præstantior est, propter Deum abnegatur.

Digitized by Google

Hæc

79. Hæc præstantissima virtus extra omnem dubitationem supremum heroicitatis verticem in Servo Dei prætergressa fuit, adeant verissima deprehendatur notabilis assertio Testis I. Processus Drepanensis *Summario num.* 21. §. 96. ibi = *L' obbedienza del Padre Luigi continua, et in tutte l'occasioni posso dire essere quella, che il nostro Santo Padre Ignazio lasciò scritta nelle sue Regole, perchè fù eccellente in tutti li tre gradi di esecuzione, volontà, et intelletto in qualsivoglia cosa, benchè minutissima, fù anche obbedientissimo con somma umiltà, et affetto a qualunque non solamente precetto, o consiglio, ma osservanza, e costume della santa Chiesa* = Reipsa propriæ voluntatis hostis infensissimus id unum usquequaque curavit, studuit, pro scopo habuit, ut scilicet, abnegato proprio judicio, et voluntate, totus a suorum Moderatorum ore, nutu ac propensione penderet, ne latum quidem unguem nedum a præceptis, sed et consiliis eorum deflectendo. Quando agebatur de obediendo, quantumvis res essent arduæ, difficiles, sibi repugnantes, ac propriæ naturæ, inclinationi, et votis ex diametro oppositæ, promptissime obtemperabat. Hujus Virtutis intuitu omnia prorsus, vel ipsa bona spiritualia, et fructum Animarum, nulla interposita mora, alacriter postponebat. Nil illum ab exequendis Superiorum mandatis retrahebant longa itinera, gravissima temporum incommoda, pluviæ, et procellæ, ipsiusque vitæ aperta discrimina. Quin et ipsis Sociis Missionum, ipsisque denique inferioribus, ut erant Collegiorum Janitores, aliique, pari promptitudine obediebat; veluti perspicuum fit tum ex lectura *Summarii num.* 9. §. 143. *num.* 10. §. 33. 54. *num.* 20. §. 52. *n.* 21. *per totum*, sparsim, *num.* 22. §. 59. *num.* 23. §. 7. *num.* 24. §. 12. *n.* 25. §. 39. 40. 41. *num.* 33. §. 24. 52. 69. 72. 80. 146.; tum et clarius ex nonnullis factis particularibus, quæ subnectimus.

80. Pater Joseph Ventimiglia Socius, et Confessarius Ven. Patris hæc habet *Summario dicto num.* 21. §. 3. *et seqq.* = *Sò che nell'ubbidienza fù segnalatissimo non solo alli precetti Divini, et Ecclesiastici etc. ma ancora ad ogni minima Regola, Voti, e Commandamenti delli Superiori maggiori, ed alli cenni di qualunque, che l'era dato per Superiore: Ed una volta ritrovandosi a Missione in Caltavuturo, perchè si avvicinava il giorno, nel quale il Padre Provinciale voleva, che si trovasse in Palermo per predicare alla Signora Vice Regina, che non sentiva l'Italiano, con tutto ciò che avesse gran repugnanza di far queste prediche, e lasciare di proseguire le Missioni, come ne scrisse al Padre Provinciale, ed al Signor Vice-Rè, pure perchè non aveva avuto risposta dalli Superiori, alli quali aveva proposto la sopradetta difficoltà, volse, che ci partissimo piovendo neve, soffiando venti gagliardi, ed essendo il tempo tempestoso, e gridando tutti quelli della Terra, che andavamo a morire, ed in fatti arrivammo a termine tanto sfatti, che fu di bisogno l'ajuto per scavalcare, e salire le scale del Collegio* = Pater Vitalis de Vitali Socius item, et Confessarius Servi Dei deponit *Summario eodem num.* 21. §. 14. ibi = *Che il Padre Luigi la Nuza era un vivo Crocefisso tanto circa l'Uomo esteriore, quanto e molto più nell'interiore, tenea mortificata la propria volontà a meraviglia. Eravamo nel più bel fervore della Missione in Carini, cinque anni, e mezzo avanti la sua morte, quando fu chiamato in Palermo per trattare un negozio con sua Eccellenza, ed il P. Luigi tutto che tenesse avversione a trattar con simili persone, massime di tali negozj, pure lasciò subito la Mis-*

Missione (alla quale tanto Egli inclinava per lo gran bene spirituale delle Anime, e già ne gustava dolci frutti spirituali), e venne in Palermo, e compì il negozio perfettamente, e poi ripigliò la Missione = Et prosequendo relationem quamplurium actuum specificorum exactissimæ obedientiæ addit. §. 23., quod cum Superiores statuissent, quod Ven. Pater Panormi remaneret una cum tertio Socio Missionum = *per alcune circostanze il Padre La Nuza l'intese molto sicchè disse a me confidentemente Io non voglio parlare, anzi voglio crepare più tosto, ed obbedire*.

81. Eodem *num.* 21. §. 59., *et seq.* enarrat prænominatus Pater de Vitali = „ Che passando per Coniglione il Padre Luigi la Nuza alcuni anni „ prima di morire a tempo d'inverno, e pregandolo comunemente la „ gente a restarsi quì almeno per fare qualche Predica, e consolare la „ Città, egli rispose, che non potea per essere astretto dalla santa „ obbedienza, e che doveva l'indomani predicare in Palermo. Alla „ fine si partì, e passando a tempi di grandissimi fanghi specialmente „ in una lavanca pericolosissima vicino la Chiesa della Consolazione, „ tutti gridavano, che non vi passasse, e che il Padre La Nuza rispon- „ deva: *bisogna andare a fare la santa obbedienza* = *Et* §. 62. *et seqq. ex propria experientia testatur P. Ignatius Ascensus ejusdem Superior*, ibi = Era nella Religione specchio di perfetta obbedienza, e „ grande, e vecchio obbediva a me con quella puntualità, con la „ quale sogliono obbedire i più fervorosi Novizj; essendo fra di noi „ una regola di non dare, o ricevere cosa alcuna senza licenza del „ Superiore. Egli benchè avesse licenza da'Superiori maggiori di poter- „ lo fare, ma si servì di questa, se non che essendo fuori delle nostre „ case. Mi domandava licenza, se occorreva mandare due lettere in- „ sieme, di quello spago, o filo, con il quale le legava, ed avanzando „ qualche poco di filo, o spago, lo restituiva. Il medesimo faceva con „ l'ostie, e con le sopra carte. = *Et inter alios insignes obedientiæ actus, recenset sequentes*, ibi = Avendogli detto, che non leggesse „ libri, perchè non stava molto bene di sanità, e di testa, essendo mia „ intenzione, che ciò s'intendesse per uno, o due giorni, mentre stava „ così indisposto, il Padre Luigi prese per universale il detto, ed aven- „ dolo veduto dopo quindici, o venti giorni (quando già era sano) pas- „ seggiare con la Corona in mano, gli dissi amichevolmente ridendo: *Vostra Riverenza perchè perde il tempo, e non và a studiare in cammera*? rispose: *perchè Vostra Riverenza me l'ha proibito, ed ora sommamente la ringrazio della licenza datami*, e subito entrò „ in camera, prese in mani il Padre Granata, e lo lesse con grande „ avidità. Un altra volta gli dissi per temperare il suo fervore, perchè „ usciva l'estate fuori di casa per predicare, e catechizzare verso le „ diciotto ore, che non uscisse prima, che sonassero le venti ore, lo „ trovai dopo uno, o due mesi già passati i caldi, che stava guardan- „ do l'Orologio del sole, e poi andava avanti, e dietro come una per- „ sona sollecita di saper qualche cosa, gli domandai, che cercava? „ Mi rispose: *aspetto le venti ore per uscire, e vedo se confronta „ l'orologio della campana con quello del sole*.

82. Eodem *num.* 21. §. 69. *et seq.* perhibet P. Joannes Scorso supra memoratus, ibi = Mi domandava di più licenza di cose assai piccole, come „ di poter pigliare un poco di colla, o cosa simile, di poter entrare in „ Libraria; il qual, salva ogni osservanza il potea fare per licenza „ tacita, e presunta. Fa a questo proposito quel che mi disse uno Stu-

Digitized by Google

den-

„ dente de' nostri, che essendo Egli Sottoministro alla Villa nel tempo „ delle Vacanze generali, il Padre, che ivi stava, gli andava a do- „ mandare licenza di bere „ *Et* §. 73. testatur P. Michael Frazzetta, ibi „ Nell' ubbidienza era singolarissimo, obbedendo ad ogni cenno „ del Superiore, e bastava qualunque linea scritta dal Superiore per „ farlo camminare molte giornate a' tempi d'inverno piovosi, e peri- „ colosi cammini, come ho inteso in molti casi occorsi. „ Et post re- censita plura facta particularia prosequitur §. 79., *et seqq.*, ibi = „ In una delle quaresime, che fece nel pulpito della Casa Professa, „ mentre era Preposito il Padre Alessandro Nevola, quando alle sue p:e- „ diche era tanto il concorso della gente, che non capendola la Chiesa, „ bisognava tener le porte aperte, acciò udissero quelli, che stavano „ fuori senza poter' entrare, gli fu ordinato dal sudetto Padre Prepo- „ sito, che non tirasse la predica più di un' ora. A quest' ordine ubbidì „ il Padre La Nuza, con tanta puntualità, che arrivò a rompere la „ parola, e lasciare imperfetto il periodo, che stava dicendo, allora „ quando era avvisato dal Compagno, che l'impolletta era già finita. „ Mi fu riferito, che facendo un esortazione alli nostri Studenti del „ Collegio di Messina invitato dal Rettore di quel Collegio, benchè „ dicesse con gran fervore, e la materia, di che si trattava fusse di gran „ frutto per quelli che udivano; nondimeno avvisato per errore del „ Sotto-Ministro, che teneva l'impolletta, interruppe il discorso, e „ fornì l'esortazione. Predicando un giorno nella Madre Chiesa di Pa- „ lermo, essendo Vice-Re l'Eccellentissimo Signor Marchese de Los „ Veles, gli mandò un' imbasciata da parte del Padre Preposito, che „ si fosse trasferito in Palazzo perchè il Signor Vice-Re lo voleva, men- „ tre che stava male a morte, e lui udita l'imbasciata troncò la predica „ prima della metà, e corse per far l'obbedienza. Mai si è saputo, ch» „ il Padre Luigi abbii trasgredito alcuna delle nostre Regole in tanti „ anni che visse in Religione, ed essendo queste di cose minute.

83 Sæpedicto *num.* 21. §. 92. *et seqq.* ex jurata testificatione Patris Placi- di Giunta legitur, ibi „ In quanto all' ubbidienza delli divini Pre- „ cetti, io giudico, che lui mai gli abbii trasgrediti. In quanto poi „ appartiene al Voto dell' Obbedienza Religiosa, lui ne fu esattissimo „ esecutore, avea li cenni delli Superiori per sua volontà, bastava, „ che il Superiore l'accennasse per eseguirli, benchè la cosa fosse diffi- „ cilissima, ed a lui repugnante, come si può vedere in un caso successo „ nella Casa di Messina, dove andò a predicare la prima Quaresima. „ Era ivi Preposito il Padre Vincenzo Raimondo, e nell' arrivo del Pa- „ dre Luigi disse non per commandare, ma più presto per consigliare: Padre Luigi quì in Messina non gustano delli schiamazzi, e di spez- zar Crocifissi = e non soggiunse altro. Queste parole furono prese da „ lui, come precetto, ed in fatti alcuni giorni predicò fuor del suo sti- „ le, e fervore per compire con l'obbedienza da lui appresa, tanto che „ Io accorgendomi del suo languire nel predicare, andai in Camera, „ e gli domandai, come stasse, et similia, lui mi disse, che quest' „ anno Iddio benedetto non voleva niente da lui, perchè il Padre Prepo- „ sito ci aveva detto quelle parole sopra notate, allora Io parlai con il „ Padre Preposito, e riportai per risposta, che predicasse pure a suo „ modo, che lui mai aveva avuto intenzione di commandarci tal cosa. „ Seguitò, ed ebbe applauso al suo solito, grandioso. Or Io stimo esser „ stato atto di grandissima obbedienza, perchè non solo faceva contro „ la sua inclinazione, svergognando se stesso in pubblico, ma ancora

„ per-

Digitized by Google

„ perchè in questo averia seguitato tutta la Quaresima, se non si fosse „ chiarita la vera volontà del Superiore, posponendo il frutto di tut- „ ta la Città al minimo cenno del Superiore „ Denique in more etiam illustre hujus ejusdem virtutis documentum dedit, dum dicto Patri Vitali de Vitali suo Socio nil aliud expressius iterato commendavit, nisi ut se regeret = *per mezzo del Padre Spirituale, e de' Superiori etc. Circa le Missioni pure mi rispose facessi l'ubbidienza* = sunt verba ipsius P. Vitalis *Summ. num.* 33. § 69.

84 Profecto si prædicta, ea, qua decet, Sanctuarii lance ponderentur, quisque procul dubio concludet, Obedientiam in Servo Dei omne excogitabile perfectionis culmen attigisse juxta ea, quæ tradit S. Gregorius *lib.* 2. *in* 1. *Reg. cap.* 4., ibi = *Vera obedientia nec Præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit, quia qui omne vitæ suæ judicium majori subdit, in hoc solo gaudet, si quid sibi præcipiatur, nescit enim judicare, quisquis perfecte didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, si præceptis obediat.* Ac Sanctus Hieronymus *Epistol. ad Rustic.* = *Credas tibi salutare quidquid Præpositus præceperit, nec de majorum sententia judices, cujus Officii est obedire, et implere quæ jussa sunt, dicente Moyse, Audi Israel, et tace.* Et ad effectum Canonizationis expendunt Eminentissimus Lauræa *disp.* 32. *art.* 14. *num.* 420. Scacchus *de not., et sign. Sanctit. sect.* 4. *cap.* 2. *pag.* 232. *et seq.* Auditores Rotæ *in Relationibus* Canonizationum Sancti Petri de Alcantara *art.* 8. §. *Quod desumitur*, Ven. Servi Dei Nicolai Factoris *tit. de Justit.* §. *Quis accuratus*, ac Ven. Ancillæ Dei Catharinæ Ricciæ *part.* 3. *tit. de Justit. sub.* §. *Quarto ex obedientia.*

DE FORTITUDINE

85 Fortitudo proprie, et stricte sumpta juxta doctrinam D. Thomæ 2. 2. *quæst.* 128. *art. unico* in duobus consistit, in aggrediendo scilicet, ac substinendo. Actus aggrediendi arduà videlicet, ac difficilia, duo ulterius continet, animi nempe præparationem, et promptitudinem primo ad periculum subeundum, et hæc *Fiducia* appellatur; Secundo in ordine ad operis executionem, ne scilicet aliquis deficia in exequendis illis, quæ cum *Fiducia* suscepit, et ista dicitur *Magnificentia*, quæ residet in executione magnorum, et excelsorum operum. Ad substinendum pariter, quæ est altera Fortitudinis pars, duo requiruntur, primo ne animus difficultate, et asperitate malorum frangatur, et ad hoc adjuvat *Patientia*, per quam animus non succumbit tristitia, nec a sua magnitudine decidit; Secundo, ne diuturna malorum, ac difficilium passione homo ita fatigetur, et frangatur, ut desistat a bono incepto, et in hoc reponitur *Perseverantia*, idest continuatio boni operis usque in finem, veluti magistraliter explicat citatus Angelicus Doctor. Pressius autem ad rem nostram loquendo, ad hoc, ut clare perspiciatur, Venerabilem Aloysium nostrum Fortitudine non utcumque, sed eminenti, et heroica fuisse insignitum, ac roboratum, præsupponenda est doctrina Sanctissimi Domini Nostri *de Servor. Dei Beatific. etc. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 32., ibi = *Actus Christianæ fortitudinis, ut est communis virtus, sunt aggredi ardua, juxta rectam rationem ob finem supernaturalem in omni materia sive præcepti, sive consilii; Heroicæ*

Digitized by Google

roicæ autem fortitudinis actus erunt prædicta omnia aggredi prompte, faciliter, jucunde, etiam cum omnium bonorum, et vitæ periculo. Rursus Fortitudinis Christianæ communis actus sunt patienter mala sufferre propter Deum, calamitates, et dolores. Heroicæ autem Christianæ fortitudinis actus sunt ea, et similia, immo acerbiora, et mortem ipsam, quatenus opus sit, prompte, et hilariter ferre, et propter Deum tolerare etc. =

86 In omnibus, et singulis hujus Virtutis partibus, sive actibus mirabiliter emicuit Dei Servus. Aggressus est enim fortia, cum ab ineunte ætate nodum mandatorum, sed et christianæ perfectionis semitam alacriter calcare incepit, ac deinde in claustra Societatis Jesu divinitus vocatus, nullam in executione moram interposuit, sed firma animi fiducia, ac promptitudine sibi, ac mundo crucifixus conspicuam hanc Religionem ingressus est, in qua ne a suscepta deliberatione unquam deficeret, strenue semper adlaboravit, ut exactissime servaret, et adimpleret universas Constitutiones, Regulas, ac Vota, et quidem non communi, sed excellenti prorsus, extraordinario, et heroico modo, uti partim jam supra vidimus, partim constabit ex infra dicendis, sub titulo *de Temperantia*. Profecto Religionis ingressus; et professio in ea facta, si debitis non destituatur circumstantiis, est actus tantæ fortitudinis, ut ipsi martyrio jure merito comparetur, quatenus etsi in ea corpus, sanguinis effusione non excruciatur, variis tamen levioribus quidem, sed diuturnioribus modis non solum corpus, sed et anima affliguntur, prout ponderat S. Bernardus *serm.* 30. *super Cantic.* ibi = *Illo quidem quo membra cæduntur ferro, horrore mitius, sed diuturnitate molestius* = Consonant Auditores Rotæ *in Relatione* Canonizationis S. Aloysii Gonzagæ *cap.* 11. *de Fortit.* §. *Eumdem nctum*, et S. Thomæ de Villanova penes Contelorum *de Canonizat. Sanctor. pag.* 610.

87 Insigniorem longe Fortitudinem manifestavit Aloysius in tot arduis, ac difficillimis facinoribus, quæ per totum suæ vitæ decursum, et præsertim per integrum triginta annorum spatium, quos in exercitio sacrarum Missionum insumpsit, strenue aggressus fuit, ac sustinuit: nullum fuit laborum, incommodorum, aut periculorum genus, cui pro divina gloria propaganda, et procuranda spirituali Proximorum salute, ultro libenterque non se exposuerit. Non illum deterruit cæli, aut aeris intemperis, non fractæ corporis vires, non difficultates, quæ non raro insuperabiles videbantur, quemadmodum expositum est in superioribus sub titulo *de Charitate in Proximum* §. 52. *et seq.*, et perspicuum redditur ex *Summario num.* 15. §. 27. 28. *num.* 18. §. 15. 16. 17. 18. *et seqq.* §. 146. 147. §. 171. 172. 228. 229. *num.* 19. §. 55. 98. *num.* 21. §. 26. 27. 59. 60. *num.* 22. §. 1. 10. 11. 12. 29. 30. 31. 32. 37. 53. 54. 69. 70. 71. 73. 75. speciatim vero eodem *Summario dicto num.* 18. §. 159. *et seqq.*, ubi Testis XC. sub juramento deponit, quod = *Il suo predicare fu per lo spazio di trent' anni in circa, ed oltre le prediche faceva sul pulpito, per le strade, per le piazze, alle Carceri, alle Galee; alli Monasterj, et ad ogni parte, più volte il giorno predicava, stancandosi sino a mancargli le forze naturali, nel travagliare in aggiuto de Prossimi era tanto fervoroso, che non vi era persona, che lo potesse seguitare. Mi occorse una volta di uscire con lui tra giorno, et il buon Servo di Dio, camminò tanto, che mi straccò, ec.* = et prosequitur ibidem, quod cum Servus Dei sævissimam maris procellam

Digitized by Google

passus fuisset, ad littus tandem appulsus = *con tutto che fosse stato digiuno tutto il giorno precedente, e la notte l' havesse passata tutta in orazione ginocchione, non dimeno era tanto veloce nel salire,* (ad quoddam Oppidum in Monte positum, ubi Missionem expleturus erat) *che non solamente era il primo delli suoi Compagni, ma il sudetto Carlo, il quale allora non haveva più diciotto anni, con tutto che si forzasse di correre, mai lo poteva arrivare.*

88 Notabiliora adhuc sunt quæ habentur eodem *num.* 18. §. 235., *et seq.*, ubi describuntur immensi labores, quos una die Aloysius absque cibo exantlavit, ibi = *Di più sò, che avendo fatta la Quaresima in Catania, dove Io ero presente, il Venerdì Santo la mattina uscì col suo Compagno dal Collegio, e prima di fare la predica della Passione nel Duomo, se ne andò per diverse parti della Città predicando, or' in una, or' in un' altra, e particolarmente nella Piazza di San Filippo fece una lunga predica, dopo la quale venne al Duomo; e fece la sua predica di Passione, e fornita questa, si riposò un quarto in circa nel medesimo pulpito, e partito se ne andò alle Carceri del Castello, et ivi fece un' altra predica a carcerati, et altra gente, che abitavano in Castello. Partito da Castello se ne andò per diverse parti della Città a parlare con varj Signori, che hanno cura di certa casa di Orfanelle, acciò, ò si unissero, o dassero il loro assenso per riporre dentro la detta Casa di reparate una Donzella, il che non si potè effettuare sino a notte, e collocata questa, stando tutto il dì senza cibo, venne al Collegio verso due ore di notte in circa; nel che si vede la sua ardentissima Carità, zelo dell'anime, e la forza sopraumana, che gli dava Dio Nostro Signore.* Denique *num.* 22. §. 51. 52. perhibet dictus Testis XC. ibi = *Che le fatiche durate dal Padre Luigi in aggiuto delli Prossimi erano cose, che eccedevano le forze naturali di un' Uomo, et una volta occorse nella Città di Messina oltre la Predica fatta la mattina in Chiesa, tra giorno fece nelle Piazze altre tre Prediche, e per tanto ebbe a cascare nella strada per mera debolezza, mentre conduceva la gente alla nostra Chiesa; ma non per tanto lasciò di fare un' altra Predica in Chiesa, quando venne la gente, per eccitarla a confessarsi.*

89 De facto non solum ex gravissimis, diutinis, quibus sese exponebat, incommodis, interdum tum ipse, tum ejus socij graviter infirmabantur *Sammar. num.* 12. §. 56., et alibi, sed insuper sicuti nil aliud semper exoptaverat, nisi vitam profundere in actuali exercitio coadiuvandi Proximos, ita hoc illi contigit, nam uti fusius inferius narrabimus, propriæ salutis immemor sub pondere immensorum laborum tandem aliquando succubuit, et contracta ex his mortali ægritudine ad cælestem patriam evolavit, *Summario num.* 18. §. 233. 234. *num.* 19. §. 17. *num* 22. §. 33. 66. 67. 68. 72. Cum autem nullum inter temporalia terribilius sit malum, quam ipsa mors, ut in comperto est apud omnes, et observat Angelicus Doctor 2.2. *quæst.* 123. *artic.* 4. hinc, ut subdit idem Angelicus ibidem *artic.* 5. = *Qui in aggrediendo bonum opere non refugit imminens mortis periculum, is vere fortis dicendus est,* et exemplificat addendo ibi = *Cum quis non refugit itinerari ad aliquod pium negocium propter timorem naufragii, vel latronum.*

99 Ex his, uti quisque videt, satis superque comprobatus dignoscitur in Servo Dei non solum primus, sed et alter, et quidem principalior Fortitudinis actus, qui consistit in substinendis arduis, et difficilibus; ve-

verum rem accuratius enucleando, notandum est, quod in Aloysio adamussim verificatum videtur id quod de se ipso testabatur Apostolus 2. *Corinth.* 4. ibi = *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deiicimur, sed non perimus: semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes etc.* quandoquidem nedum ardua, et difficilia aggressus, in illorum executione numquam defecit, aut fractus est, nedum in itinere perfectionis etsi omni cœlesti destitutus consolatione, semper ulterius progressus est, prout legitur *Summario num.* 16. §. 98. verum insuper in omni sinistro eventu, in quocumque improviso accidenti, aut evidenti mortis periculo semper sui similis, et imperturbabilis perstitit, eandem prorsus animi tranquillitatem, ac serenitatem vultus præseferens tam in prosperis, quam in adversis, quemadmodum manifestum fit ex lectura *Summarii num.* 14. §. 7. *et seqq. num.* 16. §. 68. *num.* 19. §. 34. *num.* 22. §. 2. *et seqq.* §. 22., *et seqq.*, *et* §. 74., *et num.* 26. §. 104. ibi = *Allora pareva di trionfare detto Padre Luigi quando si trovava in maggiori travagli, et occupazioni in salute delle anime, nè per qualunque pericolo, o disaggio si distornava da detto suo pensiere, e questo esso Testimonio lo testifica, come quello in diverse volte fu Compagno, e Confessore nelle Missioni, che detto Padre Luigi faceva per servizio delle Anime, e Peccatori.*

91 Eximia quoque Aloysii Fortitudo sese patefecit, dum invicta patientia morbos toleravit, dum injuriis lacessitus, et offensus non modo non excanduit, aut conquestus est, sed gaudium insuper ostendit, bona pro malis reddidit, ab ipsis offensoribus veniam petiit, *Summar. num* 19. §. 41. 45. 47. 65. *num.* 21. §. 49. *num.* 22. §. 14. 15. 18. 19. 20. 21. *num.* 26. §. 19. 41. 48. 49. 50, 51. 52. *num.* 33. §. 23. 62. 146., et constat etiam ex notabili facto relato inferius in ordine ad Humilitatem Servi Dei §. 106.; Unde nullum dubium quin egregie adimpleverit monitum Apostoli citat 2. *Corinth.* 6. 4. = *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei Ministros in multa Patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis.* In qua re quantopere commendandus veniat Servus Dei, ad evidentiam desumitur ex his, quæ notat S. Gregorius *homil.* 35. *in Evangel.* ubi expendens illud *Proverbior.* 16. = *Melior est Patiens Viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore Urbium*, scribit ibi = *Minor est ergo victoria Urbes expugnare, quia extra sunt, quæ vincuntur, majus autem est, quod per patientiam vincitur, quia ipse a se animus superatur, et semetipsum sibimetipsi subiicit, quando cum patientia in humilitate tolerantiæ sternit.*

92 Quid quod non solum injurias, et contumelias sibi factas æquanimiter tolerabat, sed insuper eas in ipso juventutis flore aucupabatur, et ex industria sibi procurabat? Plura sunt facta particularia hoc assumptum luculenter comprobantia. *Summario num.* 23. §. 53. habetur, Servum Dei mandasse quibusdam Pueris, ut in se lapides iniicerent. Eodem *Summario num.* 7. §. 115. refert de facto proprio indivisibilis Socius Servi Dei adhuc in sæculo existentis ibi = *Molte volte mi s' inginocchiava dinnansi, e mi bagiava i piedi, e si metteva disteso in terra. e voleva, che Io li ponessi li piedi in bocca = Summario eod. num.* 7. §. 25. perhibet itidem de facto proprio Testis VII. Processu

In-

Informativi Panormitani constructi anno 1660. = *Io conobbi il detto Padre Luigi La Nuza sin dall' anno mille seicento sei, quando mi fu Scolare in Palermo nella Scuola dell' Umanità, dove si diportava con costumi Santi, et Angelici, e mi ricordo, che qualche volta mi domandava, che lo facessi castigare dal Correttore con la ferula con dirmi, vorria un Cavallo, benche senza colpa, e perche Io non giudicava farlo maltrattare, lo faceva star inginocchioni in mezzo la scuola, dicendoli qualche parola mortificativa per sodisfare a quel suo santo desiderio, e lui allora era di anni sedici in circa* = Consimile est id, quod legitur *Summario num.* 7. §. 73. 74. *num.* 26. §. 65. ibi = *L' istesso suo Padre Maestro chiamato Padre Francesco Rayati, il quale ci lesse la Rettorica, così essendo lui Secolare, come Religioso, mi testificò, che soleva portarci le Composizioni per altro ben copiate, nondimeno talmente maltrattate, e piegate, e piene di lordure, che portavano ammirazione a chiunque le vedeva, per il che fu ripreso dall' istesso Padre Rayati tre volte, et il buon figliuolo riceveva la riprensione con gran compositura, e serenità di volto, del che ammirato il Maestro, domandatoli a che fine portasse ogni volta le Composizioni così lorde, e maltrattare, gli rispose con sincerità, che lo faceva ad effetto d' esserne mortificato, sgridato, e ripreso, da che ne comprese il Maestro tanta virtù, che ne faceva le maraviglie con li uomini sensati, e di giudizio.*

93 Admirabilius est factum, de quo unanimiter deponunt Testes *Summario num.* 23. §. 10. 69. 70. 75. 76. *num.* 26. §. 9, 60. 76. 109. 115., *et seqq. et* §. 142. ac describitur a Teste XC. eodem *num.* 26. §. 93. *et seqq.* ibi = *Alcuni mesi prima della sua morte si fece calpestare la faccia da un Garzone di casa chiamato Carlino inducendolo con astuzia santa a quell' azzione; perchè desiderando questo di entrare Fratello nella nostra Compagnia, il Padre gli promise d' aggiutarlo appresso li nostri Superiori: ma che doveva prima avvezzarsi ad ubbidire, perche di questa virtù la nostra Religione ne faceva gran conto. Orsù gli disse:* Io voglio provare se siete vero obbediente, mi promettete voi di far quel che vi commando? *e rispondendo quello di sì. Il Padre Luigi serrata prima la porta della Cappella, dove doveva celebrare la santa Messa, si pose lungo disteso in terra con la faccia verso il Cielo, e dopo comandò a quel giovane, che li mettesse il piede sopra la faccia, e lo fece stare così un gran pezzo, ripetendo spesso queste parole,* incarca incarca forte, *dopo si fece sputare molte volte in faccia, e si fece dire molte ingiurie da lui stesso suggerite, sicche passato quasi un quarto d' ora, e sazio di quelli obbrobrj, si alzò commandando al Giovane, anzi obligando a non dir parola di quanto aveva fatto, a persona alcuna* = Quæ sane facta ad evidentiam comonstrant supremum apicem heroicitatis hujus virtutis in Servo Dei: si enim summopere laudabilis est, qui mala pro malis non reddit: si laudabilior qui in injuriis nedum non ulciscitur, aut irascitur, sed illas æquo animo suffert juxta ea, quæ scribit S. Augustinus *lib. de Patientia cap.* 1. = *Virtus animi, quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, ut etiam ipsius, [qui eam nobis largitur patientia prædicetur* = Unde quisque merito admiratur, Apostolos, qui, ut legitur *Actor.* 5. 41. = *ibant gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati* = quid quæso concludendum in casu nostro, in quo Ven. Aleysius non conten-

tentus prompte et pacate perferre offensiones, et injurias sibi illatas, easdem studiose, et ex industria sibi comparabat?

94 Suam denique perfectionem desumit Heroica Ven. Patris Fortitudo ex constanti in perferendis malis, et adversis usque ad obitum Perseverantia: nam ut sapienter advertit S. Bernardus *epist.* 129. *Absque perseverantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habebit, nec beneficium gratiam, nec laudem Fortitudo. Huic soli redditur corona Justitiæ, quid enim prodest esse bonum, esse sapientem, esse potentem, si non perseveraveris usque in finem?* Profecto Ven. Pater non brevis, aut augusti temporis spatio, sed ad extremum usque vitæ spiritum per tot scilicet annos, quibus in Societate vixit, innumerabiles labores, gravissima incommoda, quæ ad promovendam divinam gloriam, atque animarum salutem procurandam alacriter susceperat, nunquam intermisit juxta supradicta. Quinimo nil aliud perpetuo studuit, quam propriæ voluntati contraire, sensus, et propensiones mortificare, seipsum in omnibus tamquam hostem infensissimum tractare, suum innocens corpus undequaque affligere, et cruciare, veluti partim liquet ex *Summario num.* 14. §. 34. *num.* 16. §. 26. 70. 75. *num.* 17. §. 48. *num.* 19. §. 79. *num.* 20. §. 10. 11. 12. 18. 19. 20. *num.* 21. §. 14., *et seqq. et* §. 84. *num.* 22. §. 57., partim ex inferius cumulandis sub titulo *de Temperantia*, et speciatim *dicto Summario num.* 23. §. 125., *et seq.* ubi ex Processu Informativo Agrigentino hæc notabilia habet Testis XI. = *Io osservai nel Padre Luigi la Nuza una severa inimicizia, e continua, che aveva contro se stesso, e contro il proprio corpo, mortificando con tutto il suo sforzo ogni sua inclinazione, procurando a tutto potere di vincere tutte le repugnanze, che aveva la sua naturale inclinazione, facendo guerra continua con le sue passioni, e trovando modo di mortificarsi quasi continuamente.*

95 In quo proposito prætermittere non possum heroicum mortificationis actum relatum a Teste LXIV. *Summario num.* 19. §. 56. ubi de visu refert = *Un giorno fu chiamato il Padre la Nuza all' Ospedale delli Lebrosi fuori la Città di Palermo, vi andò, e trovò un Soldato lebroso, ed egli avanti di me, e degli altri assistenti l'abbracciò strettamente con grandissima carità, ed il consolò con viscere di Pietà, restando noi non meno inorriditi, che edificati* = Hæc autem perseverantia in rebus arduis, difficilibus, atque humanæ naturæ ex diametro contrariis heroicam fortitudinem perficit, et evincit ad tradita per Scacch. *de Not., et sign. Sanctitat. sect.* 5. *cap.* 6. *per tot.* Immo ex hac virtute cæteras omnes perfectionem nancisci ultra mellifluum Doctorem modo relatum docent D. Thomas 2. 2. *quæst.* 137. *art.* 1. *in corp.* D. Antoninus *in sum. part.* 4. *tit.* 3. *cap.* 7. §. 2., et Auditores Rotæ in *Relationibus* Canonizationum S. Thomæ de Villanova penes Contelorum *pag.* 535. S. Francisci Xaverii *tit. de Fortitudine sub init.*, ac S. Isidori Agricolæ *art.* 2. *tit. de quat. virtut Cardinal.* §. *Considerata.*

DE

DE TEMPERANTIA, EJUSQUE ADNEXIS

96 Virtus Temperantiæ ad tradita per S. Augustinum *tom.* 1. *oper. de moribus Eccles. cap.* 19. *col.* 700. consistit = *in coercendis, sedandisque cupiditatibus, quibus inhiamus in ea, quæ nos avertunt a legibus Dei, et a fructu bonitatis ejus*; sive, ut inquit idem S. Doctor *lib.* 1. *de liber. arbit. cap.* 13. *col.* 580. = *Est affectio coercens, et cohibens appetitum abiis rebus quæ turpiter appetuntur* = De hac virtute egregie pro more suo agit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 141. ubi *artic.* 2. docet, Temperantiam esse specialem virtutem, utpote quæ temperat appetitum in iis, quæ maxime hominem alliciunt, ac per consequens specialem habet materiam: *art.* 3. docet, hanc virtutem importare quamdam moderationem circa passiones tendentes in bona sensibilia, scilicet circa concupiscentiam, et delectationem; id quod clarius explicat *art.* 4., ubi advertit, Temperantiam versari circa delectationes ciborum, et potuum, et circa delectationes venereas, ideoque primario circa delectationes tactus, et secundario circa delectationes gustus, olfactus, vel visus. Denique *artic.* 7. statuit, Temperantiam esse virtutem principalem, seu Cardinalem cum delectationes tactus sint nobis magis naturales, et ideo difficilius sit ab illis astinere, et earum concupiscentias refrænare. Profecto Ven. Pater Aloysius la Nuza in hujus virtutis exercitio ad supremum usque heroicitatis fastigium, supra communem scilicet Justorum operandi modum, cum perfectissima sui ipsius abnegatione, et cum propriæ corporalis salutis, ac vitæ ipsius discrimine absque dubio enituit, veluti ex his, quæ subnectimus, nedum manifestum, sed et palpabile redditur.

97 In primis suum innocens corpus omni asperitatum genere, usque adeo edomuit, ut plenissime verificata comperiatur assertio Testis XC., qui *Summario num.* 23. §. 80. sub juramento deponit, quod = *La mortificazione del Padre Luigi dava all' eccesso, perchè non aveva regola nelle sue penitenze, cilizj, discipline, astinenze, vigilie, e cose simili* = De facto verissimum hoc assumptum gradatim expendendo, et exordiendo ab ejus abstinentia notandum est, quod Dei Servus jam tum a pueritia gulam divexare cæpit. Mira semper fuit ejus parsimonia in mensa usque ad extremam senectutem. Sapidiora quæque, et suaviora usquequaque rejiciebat, particulares cibos Conciouantibus dari solitos semper recusavit. Sitiens frequentissime vel penitus a potu per longum tempus abstinebat, vel saltem, rejecta æstivo tempore aqua frigida, aut nivata, aqua communi, aut etiam illa, quæ pro abluendis manibus destinata erat, utebatur. His non contentus, quandoque genuflexus edebat: herbis, aut aliis rebus amarissimis, male conditis, et insipidis vescebatur. Vinum, et cibos permixto amarissimo liquore corrumpere consuevit. Uno verbo quidquid gustui placere poterat, aut aliis cedebat, aut inficere, et vitiare solebat, quemadmodum plene, et juridice comprobatur ex præsenti *Summario num.* 7. §. 14. *num.* 14. §. 25. *num.* 15. §. 41. *num.* 16. §. 43. 46. 47. 85. 88. *num.* 18. §. 10. *num.* 21. §. 103. fusius *num.* 23. *per tot. num.* 25. §. 25. *num.* 26. §. 8. 25., *et num.* 35. §. 39.

98 Confirmatur hoc ipsum ex nonnullis actibus particularibus, qui certe non sine vehementi admiratione legi possunt. Eodem *Summario num.* 20.

num. 20. §. 55. de visu enarrat P. Joseph Papilla = ibi = *Più volte m' occorse vedere il medesimo Padre in Cucina dopo pranzo lavarsi la bocca con la spazzatura de' piatti la più schifosa* = Hoc ipsum habetur *Summario dicto num.* 23. §. 66., *et* §. 116. refert de visu Testis XII. Processus Informativi Drepanensis „ibi „ Quando ero Novizio, e facevo il Sottocuoco ec. m' accorsi, che lavando i piatti in „ cocina, giudicando lui non esser veduto, empia tutte due le mani „ giunte dell'acqua lorda della prima conca, e se la bevia, la quale „ acqua è molto nauseosa non solamente, perchè è acqua calda, ma „ ancora perchè in quella vi erano lavati i piatti, scodelle, e tondi „ sparecchiati dalla Tavola; Sicchè era un aggregato di tutte le lor- „ dure della Tavola „ *dicto num.* 23. §. 25. pariter de visu, et facto proprio deponit Testis LXIV. „ Io il viddi più volte lasciare il bic- „ chiere pieno senza bere, mortificandosi quell'appetito, e sete, che „ essendo lui caldissimo, dovea avere più d'ogni altro, e lasciando ri- „ scaldar l'acqua nel bicchiero, il che faceva spessissimo. Alcune volte „ essendo poi sitibondo, riscaldato per l'esercizj di predicare ec. la- „ sciava totalmente il bere in tavola per esser fresca quell'acqua, o „ men calda, poscia beveva nel Lavatorio, lavandosi le mani. Un gior- „ no sedendo vicino nella tavola seconda della Casa Professa di Palermo „ Io scracchiai verso il suo lato, egli tagliò una fetta di pane, e fece „ come se li fosse caduta, ma io mi accorsi, che lo fece appostatamen- „ te, e poscia volendola egli prendere la intinse in quella lordura, e se „ la prese per mangiarsela, come in fatti se la mangiò „. *Summ. eod. num.* 23. §. 84. *et seqq.* ex Teste XC. legitur „ Era una volta nel No- „ viziato di Palermo, ed aveva in quel giorno, che doveva essere di „ està molto cocente, fatta una missione, e una predica in quel quar- „ tiero molto travagliata, e stentosa, giudicarono li Superiori darli „ per carezza acqua annevata; ma il Padre per non beverla mangiò „ tutto il tempo della tavola senza bever boccone, bevendo al lavato- „ rio comune di quell'acqua, che serviva a tutti per lavarsi le mani „ Mai soleva mangiare cose dolci, nè le carezze, che la Religione suol „ fare alli Predicatori. La sua disciplina era a colpi contati, come si „ suol dire, sicchè ogni colpo faceva sentire il dolore; In tavola soleva „ mangiar l' insalata senza sale, nè oglio, nè aceto, con tutto che facesse „ segno di condirla, la verità è che mangiava la sola erba cruda. „ Soleva cogliere dal giardino quelli merangoletti, che cascano imma- „ turi dall'albero, e questi portatili a tavola, li mangiava con la car- „ ne, e soleva dire: *O quanto si può mortificare la persona in tavola.* „ All' andar che faceva fuori a ricreazione, soleva cogliere l'erba „ chiamata *fumus terræ*, e se la mangiava, dicendo a chi lo doman- „ daya, che quella tal'erba gli giovava assai per il fegato „.

Hæc sufficere possent ad intentum, sed longe majora, atque admirabiliora sese offerunt; nam *Summario num.* 19. §. 100. ex Processu Apostolico *ne pereant probationes* sub juramento affirmat Testis VII. „ Che nella Città di Siragusa un' Uomo si ritrovava così infermo, e „ marcioso, che arrivò la sua propria Moglie a cacciarlo via di casa, „ il quale venne caritatevolmente accolto dal Servo di Dio Padre la „ Nuza, che lo assistè con carità, ed umiltà grande insino a succhiare „ con la propria bocca le piaghe di quel Mendico, e ciò per lo spazio „ di giorni diecinove, dopo i quali perfettamente guarì „. *Summario num.* 23. §. 127. refert Testis XI. Proc. Informat. Agrigentini, ibi „ Mi „ fu raccontato in Mineo da quello istesso, in persona del quale suc-

„ ces-

„ cesse la cosa; che dirò: Vi era tra gli altri Servienti del Collegio „ un Garzone, il quale pativa di tigna, e aveva tutta la testa coverta „ di quella stomacheyole, e puzzolente infermità, un giorno lo chiamò il Padre la Nuza in un luogo ritirato, e scoprendoli la testa con „ la lingua incominciò a lambire quella marcia puzzolente, che la tigna mandava fuori, e questo per lo spazio di mezzo quarto in circa, „ come dopo mi fu raccontato „. *Hoc ipsum contestatur d. Testis XC. Summario eodem num.* 23. §§. 90. 91. *et* 92., ubi ulterius hæc subdit „ Fratello Giovanni Antonio Costa mi raccontò, che (S. D.) si mangiava l'ova, con masticare ancora le scorze, e inghiottirsele „.

100. Eodem *Summario dicto num.* 19. §. 68., *et seqq.*, 89., *et seqq.*, et clarius §. 81. *et seqq.*, refertur, quod cum quidam Adolescens in Civitate Leontina fœtida purulenta gangræna in pedibus laboraret, ita ut iidem pedes præcidendi essent, et ab omnibus derelictus, et expositus jaceret sub ædibus, in quibus habitabat Servus Dei occasione Concionum quadragesimalium, quas in illa Civitate faciebat, iste auditis noctis tempore illius gemitibus. „ Scese l' istessa notte, e non „ solo consolò il figlioletto con parole, ma pigliandoli i piedi li baciò, „ li leccò con la bocca, e li succhiò tutta la pudredine, che da questa „ cancrena li usciva, dicendoli, che stasse allegramente, che il Signore lo voleva sanare, ma che stasse avvertito a non dir parola di quello, „ che lui faceva, altrimenti non averia sanato, e fatta questa funzione gli diede da mangiare, la quale azione fu fatta dal detto Padre „ Luigi per molte volte nel silenzio della notte più oscura; a parere del „ detto Giuseppe più di diecineve notti; medicando li piedi con la bocca, e portandoli da mangiare ec. „. Ex quo stupende facto a Viro Dei per tot vices repetito pristinam desperatam valetudinem, prout ille prædixerat, perfecte recuperaverit dictus Adolescens, quemadmodum enarratur locis citatis. *Eodem Summar. num.* 23. §. 145. *ad* 150. legitur, quod „ Incontrandosi il Padre con Nicolao lo Nigro, il quale aveva la faccia tutta piagata con mancamento di membri di „ detta faccia per un male di formica, che molti anni l'aveva travagliato, e di giorno in giorno andava serpendo, e depascendo la „ faccia, il detto Padre in vederlo così afflitto, subito l'abbracciò, e „ viddi io con gli occhi proprj; che con la lingua gli lambìo tutta la „ faccia, così piagata, e puzzolente ec. dopo fatta dal Padre detta „ azzione, non passò più oltre il male „.

101. Admirabilius adhuc est in hoc genere factum relatum, sæpedicto *Summario num.* 23. §. 3., §. 99. *et seqq.*, *et* §. 102. *et seqq.*, ubi Fr. Dominicus Bongiorno Testis XIV. sub solamni juramento de visu, et facto proprio testatur, quod cum Venerabilis Dei famulus una cum ipso Teste se contulisset ad visitandum quemdam captivum in extremis laborantem „ Perchè lo detto Schiavo pativa di un gran distillo, „ e era necessario spesse volte dopo il tossire spurgarsi, e buttare „ molte materie schifose dalla bocca, l'esortava, che si spurgasse, perchè stava per venire il Santissimo Sagramento, ma intanto il buon „ Padre la Nuza, il quale stava sempre in ginocchioni d' innanzi al „ letto del detto Schiavo, raccoglieva nel suo fazzoletto, tutto che il „ Schiavo buttava dalla bocca, e erano certi scracchi verdi, e nauseosi, e quando il detto Padre la Nuza n' ebbe raccolto una gran „ quantità, voltatosi a me, disse: *Fratello Bongiorno fatemi carità di „ dire un' Ave Maria con la faccia voltata dietro il quadro della Madonna* (il qual quadro della Madonna era posto al capezzale del

„ ma-

„ materazzo del detto Infermo) Io l'obbedii, ed incominciai a dire
„ l'Ave Maria, come lui mi aveva ordinato, ma nel mezzo
„ dell' Ave Maria, inspirato forse da Dio Nostro Signore, mi venne
„ curiosità di vedere, che cosa facesse in quel tempo il Padre la Nuza,
„ e mi accorsi chiaramente, che il detto Padre s'inghiottì con gran ve-
„ locità tutto quello, che aveva raccolto nel fazzoletto di quelle mate-
„ rie schifose uscite dalla bocca di quel moribondo Schiavo: del che
„ accortosi l' Ammatato, non si volle più spurgare, ed io affatto restai
„ attonito, avendo veduto quella mortificazione, che fece il Servo di
„ Dio ec., e confesso io di esser restato per gran tempo per quell' atto,
„ che viddi di mortificazione fatto dal P. La Nuza, sommamente ec-
„ citato dallo spirito, ed eccesso della divozione. =

102 Hæc profecto, ut quisque videt, per se ipsa ita mente percellunt, et admirationem ingerunt, ut satis, superque sit, nudam illorum relationem audire, ad statuendum, undequaque supra communem operandi modum exercita, et plane heroica esse, Id quod vel ex eo colligi potest, quod in ipsis Sanctorum celebriorum actis; etsi quandoque, non ita tamen frequenter occurrunt. Inde est, quod tantopere miramur illustria exempla tum Sancti Francisci, de quo hæc habet Sanctus Bonaventura in ejus *Legenda cap.* 5. *pag.* 302. *oper. tom.* 7. *Cocta cibaria sanitatis tempore vix admittebat, et raro; admissa vero, aut conficiebat cinere, aut condimenti saporem admixtione aquæ, ut plurimum reddebat inspidum. De potu quid dicam? Cum, et de aqua frigida, dum sitis æstuaret ardore, vix ad sufficientiam biberet.* Tum Sanctæ Rosæ Limanæ, de qua testatur Cardinalis de Laurea *in* 3. *senten tom.* 2. *disput.* 32. *art.* 16. *num.* 569., ibi = *Pane vilissimo, et modico reficiebatur; neque semper, sed interdum ingratis majorum medicorum seminibus in cibo utebatur. Palatum amaris nasturtii foliis, et granatiliæ, ut dicunt, et fellis potu amaricabat, et vice quadam saniei pas ebibit* = Tum denique Sancti Ludovici Bertrandi, quem in cibis sal non adhibuisse, sed fere semper immiscuisse aloem fruticem amarissimum referut Auditores Rotæ in ejus *Relatione tit. de Temperantia.*

103 Verumtamen non ex his dumtaxat elucet heroica Aloysii nostri Temperantia: multi alii suppetunt diversarum specierum actus. Observandum siquidem est, quod juxta supradicta implacabili odio in se ipsum a teneris annis ad ultimum usque vitæ terminum incensus, omnem sollicitudinem, et industriam perpetuo adhibuit in propriis tum internis, tum externis sensibus mortificandis. Linguam per silentium refrænavit; suo corpori continuum bellum indixerat, propriæ voluntati, aut propensibus jugiter obsistere, et in omni re mortificationem quarere consuevit. Nullam reliquit ansam sæviendi in seipsum: novos semper excogitavit modos, et rationes affligendi propriam carnem, et quidem non sine notabili sanitatis detrimento. Ciliciis, fixuris clavorum, flagellis, funiculis sese acerbissime excruciabat. Æstivo tempore sub solis radiis, aperto capite, quandoque incedebat; ex inundantibus imbribus madefactus, suæ salutis immemor cum iisdem vestibus perstabat, ægritudines, quibus conflictabatur, dissimulabat, remedia, et medicamina nequaquam adhibere curabat. Noctes aut insomnes orando traducebat, aut extra lectum cubabat, itaut ejus somnus doloris potius, quam quietis esset. Fœtidioribus infirmis, aut Rusticis libentissime inserviebat, et cum illis conversabatur. Ultro se quibuscumque aut itineris, aut aliis im-

commodis vel morbo affectus exponebat. Non semel inter vepres se volutans inspectus est, alias sodalibus ad multam noctem quiescentibus ipse solus vigilans communia lintea, et petinas, lavans repertus fuit. Quæ èt his similia resultant *ex Summ.* passim, et nominatim *n.* 7. §. 26. 71., *n.* 10. §. 21. 31., *num.* 11. §. 53., *et* 101. *num.* 16. §. 26. 29. 47. 77., *n.* 21. §. 42. 107., *num.* 22. §. 57., *num.* 23. *per tot.*, *num.* 24. §. 23. 33. 34. 74. 95., *n.* 25. §. 35. 36. 37., *num.* 26. §. 91. 92. 93. 160. 161. 164. *num.* 35. §. 39.

104 Sed si splendidiora in hoc rerum themate desiderentur argumenta, hæc profecto in magno numero occurrunt; quandoquidem *Summ. dict. num.* 23. §. 63., *et seq.* ex propria observatione sub juramento deponit Testis LXXIII., ibi = Attendiu continuamenti alla mortificazione del suo corpo, et ultra li penitenzi, e mortificazioni ordinarj, che faceva ntra lu Refettorio a vista di tutti, ni facia autri particolari. Una volta lo vitti io propriu chi nivicandu, pigliava la nivi chi cadiva ntro lu nostru giardino, e si la metteva ntra li spalli nudi, per sentiri quilla mortificazioni, Alcuni altri volti allu tempu d' Èstà, e di gran caudu con tuttu che iddu fussi statu sudatu, lavando li piatti in cocina pigliava l'acqua buglienti della caudara, undì si lavavanu li piatti, e si la mettea ntra lu collu a carni nude in maniera chi issi ntra li spalli, e ci abbrugiassi tutti spalli, e chista acqua solia esseri tanta cauda, chi non si può toccari con li manu. Altri volti bivia l'acqua di quella conca, un di si lavanu li piatti, e scutelli, e ci resta lu sparicchiu, e li lordi di tuttu quillu, che si sparichia in tavola, e che veni tantu nelli scutelli, quantu nelli piatti, che veni dalla tàvola, la quali acqua è tantu stomacosa, chi servi solamenti per darsi alli cani, et alli gattini; cu tuttu chissu lu Servu di Dio la pigliava con li junti della manu, e la bivia quando non era osservato, nè guardato; ma io chi era da lontano minni accorgea benissimo, siccome vitti la cosa della nivi, mentre faceva servizzu suttu l'archu dello stissu giardinu = Consimilia leguntur *eodem n.* 23. §. 71., *et seq.* ex dicto Testis LXXIV. pariter de visu, *et n.* 24. §. 55. *dict. n.* 23. §. 82., *et seq.* hæc habet prædictus Testis XC. = Le notti quasi tutte le passava vigilando. Una volta fu colto da un Studente, il quale senza battere aprì la porta della sua camera, e entrò, che con la punta di un temperino si scarnificava la superficie delle dita nella mano, e poi le bagnava con aceto, e sale, che teneva in un piatto sopra l'istesso tavolino, e domandandoli quel giovane, che cosa facesse, egli rispose: *Fo carezze al mio coro.*

105 Ejusmodi certe actus, quam maximi æstimandi veniant, ex eo colligitur, quod potiori jure quandam Martyrii speciem assumere videntur, juxta amplissimum testimonium Sancti Joannis Chrysostomi *Homil.* 11. in epistol ad Hæbreos *n.* 3. *pag.* 115. *oper. tom.* 12. ubi hæc habet = *Sunt autem aliæ quoque hostiæ vere holocausta, nempe Sanctorum Martyrum corpora: illic sancta et anima, et corpus. Illa magnum habent odorem suaveolentiæ. Potes tu quoque si velis, tale offerre sacrificium. Quid enim si igne corpus non combusseris? Sed potest alio igne; ut puta igne paupertatis voluntariæ, igne afflictionis: licere enim delicate, lauteque, et splendide vitam agere: laboriosam autem, et acerbam vitam eligere, et corpus morte afficere an non est oblatio holocausti? Corpus tuum morte affice, et crucifige, et ipse quoque accipies coronam hujus martyrii.*

Digitized by Google

rii. Nam quod illic operatur ensis, hoc hic faciat prompta animi alacritas = Et apprime congruit Servo Dei id, quod de præfato S. Francisco Assisiensi legitur in *Bulla* ejus Canonizationis, quæ refertur *in Codice Canonizat. pag.* 61. ibi = *Carnem suam quasi filiam unigenitam, quæ ipsum interdum deceperat, cum Jephthe Domino in holocaustulis, igne supposito charitatis, illam fame, siti, frigore, ac nuditate, vigiliis multis, et jejuniis macerando; quæ cum vitiis, et concupiscentiis crucifixa dicere poterat cum Apostolo: Vivo ego, jam non ego; vivit autem in me Christus.*

106 Inter partes *subjectivas* Temperantiæ, quæ scilicet ad hanc Virtutem, tamquam ad genus suum referuntur, recensetur *Castitas*; inter *potentiales* vero *Paupertas, et Humilitas*; quocirca de his quoque sub hoc titulo separatim agendum, maxime quia præindicatæ duæ primæ utpote pertinentes ad vota religiosa, Servi Dei sanctitatem luculenter demonstrant, præsertim si attendantur etiam quæ supra sub titulo *de Justitia* in ordine *ad Obedientiam* conglobavimus. In eo quod spectat ad virtutem Castitatis notandum est, quod ex unanimi attestatione Sodalium, Familiarium, Confessariorum, aliorumque passim Testium *Summ. n.* 7. §. 2., *et seq.*, §. 16. 17. 41. 69. 72. 86. 87. 89. 102. 120. *num.* 8. §. 19. *num.* 9. §. 142. *num.* 10. §. 8. 11. 32. *num.* 11. §. 101. 102. *num.* 12. §. 22. *num.* 14. §. 27. *n.* 15. §. 39. *num.* 16. §. 28. *n.* 22. §. 58. *n.* 23. §. 49. 50. *n.* 24. *per totum n.* 25. §. 39. 40. 41. *n.* 26. §. 132. *et n.* 27. §. 87. concludenter respective edocemur, quod Ven. Dei Famulus tam in sæculo, quam in Religione per totum suæ vitæ decursum angelicis moribus præfulsit; nunquam ei verbum minus honestum excidit, nihil in sua præsentia compositum fieri patiebatur; hinc quisque coram illo sese componebat. Admirabilis semper fuit ejus modestia, ac pudor; Nulla nunquam pars ejus corporis nuda conspici potuit. Excepto Medico, et infirmario, a nemine unquam se tangi toleravit. Et sic nec pedes sibi tamquam hospiti lavari permisit. Exemplo Sancti Job tale fœdus cum oculis suis pepigit, et ita compositos, et solo defixos illos perpetuo gerebat, ut ipso aspectu devotionem, et amorem pudicitiæ in gereret. Multo minus in vultu Mulierum illos unquam intendit; hinc nullius prorsus fœminæ faciem vidisse fertur, quarum nedum consortium, sed et colloquia præ viribus evitabat, et præciso obedientiæ, præcepto cum iisdem, præsertim si ex cætu nobili essent, nunquam agere voluit, memor momenti *Ecclesiast.* 42. *versu* 12. = *In medio mulierum noli commorari, de vestimentis enim procedit tinea, et a muliere iniquitas viri.*

107 Si quando vero ex suorum Moderatorum mandato fœminas convenire cogebatur, nedum summam adhibebat cautelam, ne obtutus etsi momentaneus in illarum vultum excurreret, nedum maximam præferebat serietatem, et gravitatem, sed insuper Arbitrum, et Testem vocabat, ne solus cum solis loqueretur. Eo denique zelus propriæ puritatis devenit, ut ipsas illarum confessiones excipere recusaverit, idque ex rationibus, quæ expenduntur *dict. num.* 24. §. 22. *et* 109. Nil proinde mirum si habitu, verbis, gestibus cœlestem spirans puritatem, quamvis totam duxisset vitam omnis generis, cœtus, ordinis, at conditionis hominum oculis expositam, attamen fama ipsa ejus angelicæ Castitatis nullam unquam eclipsim passa fuerit, sed semper illæsa permanserit, itaut nemo unus adinventus sit, qui de illa quoquo modo oblocutus fuerit; quodque plus est, summam existimationem

nem non habuerit. Ad hunc eumdem effectum supradescriptas carnis macerationes adhibebat; Quibus mediis talem innocentiæ candorem adeptus est, qualis in ipsis Societatis Constitutionibus exigitur; quodque notabilius, constans est supraindicatorum Testium assertio, quod Aloysius lilium virginitatis illæsum, incontaminatum, et purum ad sepulchrum detulit, id quod quanto in pretio haberi debeat, nemo est, qui per se plenissime non cognoscat, cum unicuique compertum sit, quod in hac præsertim materia = *seusu, et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia in sua*, Genes. 8. 21., quod vere lutea vasa portamus, quodque quilibet experitur = *aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, et captivantem se in lege peccati.*

108 Quid plura? tam eximium gradum hæc virtus in illo attigit, ut prodigiosos in aliis quoque puritatis effectus pareret, uti liquet ex his, quæ leguntur *Summ. dic. num.* 24. §. 85. *et seq.*, ubi enarrantur duo portentosa facta in hoc proposito, alterum scilicet cujusdam Sacerdotis, qui impuritatis vitio infectus, et a Servo Dei ex fætore divinitus cognitus ad solum amplexum ejusdem usque adeo purificatus, et immunis a quibuscumque concupiscentiæ stimulis in posterum remansit, ut post multos etiam annos non sine summa admiratione dicere soleret = *Io non sò se più viva in carne, o fuori di essa: tanto mi trovo esente da ogni senso, ed appetito carnale; e se ho corpo, egli pure da quel punto, che mi abbracciò il P. Luigi, prese un' altra tempra, ed altra natura, come se fosse impastato di materia celeste* = Alterum cujusdam innocui Adolescentis, qui diutinis fomitis insultibus incessanter agitatus, et incassum adhibitis pluribus præcautionibus ad eosdem extinguendos, tandem imposita super ejus verticem a Ven. Patre manu, factoque signo crucis = *A questo tocco sparirono in un tratto tutti quelli immondi fantasmi, ed estinto affatto ogni ardore di senso, il Giovane si trovò interamente libero da ogni molestia della sua carne.*

109 Quale porro judicium de omnibus supra descriptis efformandum sit, et qua mensura dimetienda veniant, abunde colligitur tum ex his, quæ scribit S. Augustinus *lib. de Sanct. virginit. cap.* 13. ibi = *Virginalis integritas Angelica portio est, et in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio* = tum ex his, quæ ponderat S. Ambrosius *lib.* 1. *de virginit.*, ubi admirabundus exclamat = *Quis humano possit ingenio comprehendere veram scilitet virginitatem, quam nec natura suis inclusit legibus, aut quis naturali voce complecti, quod supra usum naturæ sit? et in Orat. funeb. de obitu Fratris lib.* 1. *n.* 52. *col.* 1148. *oper. tom.* 2. = *Velut quadam virginali verecundia suffusus ora etc. rarus attollere os, elevare oculos, referre sermonem, quod pudico quodam mentis pudore faciebat, cum qua castimonia quoque corporis congruebat. Etenim intemerata sacri baptismatis dona servavit mundo corpore, purior corde, non minus adulterini sermonis opprobrium, quam corporis perhorrescens, non minorem ratus pudicitiæ revereatiam deferendam integritate verborum, quam corporis castitate etc.*; tum denique et congruentius ex iis, quæ congerunt Auditores Rotæ in Relatione Causæ S. Philiippi Nerii sub titulo *de Castitate*, ibi = *Virginalem Castitatem Philippus perpetuo conservavit etc. Cum confessiones audiendis initium daret, raro fœminarum confessiones excipere solebat, etc. cum eis asperis, et severis verbis utebatur, numquam eorum vultum inspi-*

ciens

Digitized by Google

ciens etc., et ob candorem suæ puritatis, etiam cum æger esset nullam sui corporis partem passus est a quoquam videri etc. in ejus corporis sectione suis ipse manibus eas corporis partes, quas indecorum ostendi vivo fuisset, semel, iterumque occultavit etc. Idem etiam antea dum lavaretur, acciderat etc. Ejus puritatis candor etiam ex facie, atque oculis emicabat etc. Ad Philippum accedentes castitatis, ac puritatis odorem ab eo emanantem sentiebant etc. Familiariter conversantes cum Beato Philippo ob ejus eximiam puritatem etiam ipsi sanctitatem consequebantur etc. Ob suam etiam insignem puritatem ipsum puritatis odorem, et e diverso immunditiæ fœtorem in aliis sentiebat.

110. Transitum hinc faciendo ad Virtutem, seu Votum Paupertatis, quæ juxta doctrinam D. Thomæ 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 3. est basis, et primum fundamentum ad acquirendam perfectionem Charitatis juxta illud Christi Domini Matth. 19. 21. = *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da Pauperibus etc.* usque adeo hæc Virtus Aloysio cordi fuit, ut optime cum Psalmista *Psalm.* 39. *vers.* 18. dicere potuerit = *Ego autem mendicus sum, et pauper, Dominus sollicitus est mei* = aut cum S. Job. 1. = *Nudus egressus sum de utero Matris meæ, nudus revertar illuc* = Egregius paupertatis Amator nil prorsus proprium habere umquam voluit. Ista mirum in modum resplendebat in ejus victu, in vestitu, in lecto, in cubiculo, in quo solam Imaginem papyraceam, Crucifixum Missionum, duos libros, et scripta retinebat. Nihil pro se unquam petiit. Nedum omnia commoda, sed et ipsa necessaria respuere consueyit. Redolent etiam nunc exactissimam paupertatem dicta ejus scripta, et sermones ab hac Sacra Congregatione solemni Decreto, quod legitur *Summ. num.* 5., jam approbata, utpote quæ in cartularum fragmentis, aut epistolarum, et imaginum marginibus exarata conspiciuntur. Pro adhibenda minutissima quaque re, cujus usus illi necessarius erat, licentiam a Moderatoribus postulabat. Illico se expoliabat quacumque re, erga quam affectum quantumvis minimum in se suboriri sentiebat. Tempore Missionum, etsi erat illarum Præfectus, attamen nolebat penes se pecuniam retinere, sed Socijs consignabat. Iter faciens quantum poterat; pedibus ire, vel saltem vili asello vehi satagebat. Recusabat munera; pejora, et viliora pro se eligebat, ut vestes laceras, cibos crassiores. Optabat mori in summa paupertate. Ad eum tandem terminum pervenit, ut ipsas suas conciones non in proprio cubiculo, sed in communi bibliotheca reponeret, prout habemus ex unanimi depositione Testium *Summ. n.* 9. §. 160. *n.* 10. §. 21. 48. 49. *num.* 15. §. 49. *num.* 18. §. 17. *num.* 21. §. 69. *num.* 23. §. 117. *num.* 24. §. 21, 70. *num.* 25. *per totum*, *num.* 26. sparsim, et nominatim §. 31, 32. 33. 46., *et n.* 33. §. 121.

1. Huc etiam tendunt nonnulla particularia, quæ leguntur *Summario dicto num.* 25. *per totum* signanter §. 27., ubi Testis XC. refert, quod cum Dei Servus hospes esset apud Illustrissimum, et Reverendissimum Dominum Didacum Requisens Episcopum Mazzaren., et iste valde laute, et opipare ipsum tractaret, Aloysius mirabilem servabat abstinentiam, et rejectis argenteis, in mensa „ Si serviva d'una „ cucchiarina, e forcina d'osso, e di una ciotula d'osso, ovvero d'un „ altra fatta di cocuzza, e non si servì mai del servizio mandatoli da „ Monsignore „. *Et* §. 33., ubi Testis I. Processus Informativi Civitatis Dreprani deponit „ Fu sempre poverissimo, e una volta, perchè

„ aveva

„ aveva un pezzetto di pietra di gisso, del quale se ne valeva per ab-
„ bellire alcune Imaginette di carta per darle alli figlioletti in pre-
„ mio della Dottrina Cristiana, se ne fece scrupolo, e l'andò a porta-
„ re al Superiore „. Quod factum legitur etiam eodem *num.* 25. §. 30. 42. et alibi = Unde si ad tradita per Divum Augustinum *lib.* 83. *ad quæst.* 26. *circa princip. tom.* 4. = *Nutrimentum Charitatis est imminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas* =, et per S. Gregorium *lib.* 2. *Moralium cap.* 27. = *Sunt nonnulli justorum, qui ad comprehendendum culmen perfectionis accincti, dum altiora interius appetunt, exterius cuncta derelinquunt* =; Quisque per se concludet sublimissimam Aloysii perfectionem, qui terrena omnia nedum per ingressum in Religionem dereliquit, sed et ea ipsa, quibus ex Constitutionum, et Regularum præscripto licite, et laudabiliter uti poterat, quæque ad vitam, ut ut sustentandam necessaria erant, studio, et amore paupertatis usque ad extremam senectutem respuere, et exhorrere consueyit.

112. Postremum in numero inter virtutes tum Theologales, tum Cardinales locum occupat *in nostro Summario num.* 26. Virtus Humilitatis. Hæc autem cum juxta sæpe citatum Angelicum Præceptorem. 2. 2. *quæst.* 161. *art.* 1. temperet, ac refrænet animum, ne immoderate tendant ad excelsa, post Virtutes Theologicas, et intellectuales, et post Justitiam legalem, est cæterarum omnium excellentissima, ac potissima, prout evincit, et concludit idem S. Doctor loco allegato *art.* 5., ubi *in responsione ad quartum* observat = *quod ideo Christus præcipue nobis Humilitatem commendavit, quia per hoc maxime removetur impedimentum humanæ salutis, quæ consistit in hoc, quod homo ad cælestia, et spiritualia tendit, a quibus homo impeditur, dum in terrenis magnificari studet, et ideo Dominus, ut impedimentum salutis auferret, exteriorem celsitudinem contemnendam monstravit per Humilitatis exempla. Et sic Humilitas est quasi quædam dispositio ad liberum accessum hominis in spiritualia, et divina bona* = Quo circa S. Augustinus *in libro de verbo Domini* optime ad rem monet = *Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? De fundamento prius cogita Humilitatis* =, et Scacch. *de not., et sign. Sanctit. sect.* 5. *cap.* 5. *pag.* 351., infert, ex humilitate in gradu Heroico exercita certum, et indubitatum in Dei Servis hauriri argumentum ad effectum Canonizationis; inquit enim ibi = *Humilitas cum probata fuerit in actis alicujus Dei Servi summum, et perfectum Sanctitatis argumentum ex ea colligetur ad effectum Beatificationis, et Canonizationis.*

113. Profecto si perfectissimi quique Humilitatis gradus, regulæ, et dictamina percurrantur, tum ii scilicet tres, quos respectu illorum, quibus humilis se subdit assignat Glossa super *cap.* 3. *Matthæi vers.* 15. per hæc verba = *Primus est subdere se majori, et se non præferre æquali . . . . Secundus gradus est subdere se æquali, nec præferre se minori . . . . Tertius est subesse minori* =; tum alii septem, quos juxta ordinem actionum ex Sancto Anselmo enumerat Sanctissimus Dominus Noster in sæpe citat. *Opere lib.* 3. *cap.* 24. §. 4. *num.* 50., aut alii duodecim, quos juxta comparationem actuum interiorum ad exteriores ex S. Benedicto affert, et expendit prælaudatus Angelicus Præceptor *citat. quæst.* 161. *art.* 6.; deniqne alii perfectissimi gradus, quibus Ven. Patrem Aloysium jam tum a sua viridi ætate imbutum fuisse a celeberrimo P. Bernardino Piccino Soc. Jesu, ex

Scri-

Digitized by Google

Scriptore vitæ S. D. legitur præsenti *Summar. num.* 26. §. 170. *et seqq.*, ubi per extensum quoque referuntur, comperiemus, Ven. Patrem in multis ipsa præscripta superasse, itaut verissimum sit effatum ejusdem Scriptoris vitæ, qui *dicto n.* 26. §. 169. affirmant ibi = *L'umiltà del Padre Luigi giunse a segno, che si può dire non solo profondissima, ma prodigiosa*: Et postquam exscripsit præindicatas humilitatis regulas a dicto P. Piccino habitas, subdit §. 187., ibi = *Queste furono le massime, e gradi di perfetta annichilazione, che il Padre Luigi apprese ancor Secolare, e queste formano il ritratto più naturale della profondissima umiltà, che ebbe da che entrò nella Religione finchè morì, e che sempre gli stavano avanti agli occhi, e con tanto studio si diede a praticarle, che tutte si vedevano al vivo espresse nella sua vita, come in una copia miracolosa di quell' originale: Anzi per quel che a me ne pare, superò in molte cose l'idea ec-*

114 De facto ex *Sum. num.* 7. §. 73. 74. 115. 118. *num.* 8. §. 20. 45. *num.* 9. §. 142. *num.* 10. §. 8. 10. 32. 48. 49. *num.* 11. §. 4. 55. 102. *num.* 12. §. 74. 89. 114. 119. *num.* 13. §. 4. *n.* 16. §. 3. 14. 42. 44. 60. *num.* 17. §. 10. 11. 60. 91. 92. 95. *n.* 18. §. 31. 84. 148. 193. 199., *num.* 19. §. 59. 62. 70. 86. 105., *num.* 20. §. 45. 46., *num.* 21. §. 9. 29. 30. 33. 50. 55., *num.* 22. §. 15. 24. 47. 48., *num.* 23. §. 2. 6. 21. 23. 43. 57. 62. 76. 79. 88. 98. 101. 106. 108. 109. 112. 113. 139. 152. *num.* 25. §. 1. 28, *et* 35. *num.* 26. *per totum*, *num.* 27. §. 11. 12. 31. 72. 73. *num.* 28. *pag.* 346. §. 3. 4. *num.* 29. §. 84. *num.* 30. §. 15. 18. *num.* 31. §. 26. 33. *num.* 33. §. 14. 17. 18. 20. 35. 43. 70. 73. 76. *ad* 81. §. 85. 100. 111. 114., *et n.* 36. §. 82. concludentissime constat, quod Aloysius non modo unicuique majori, et æquali, sed etiam minori se semper subdidit; Non modo sese tamquam nequissimum peccatorem reputavit, exhorruit, et immortali hodio, ira, et indignatione usquequaque prosequutus est; Verum insuper nil in tota vita impensius studuit, quam ut sui æstimationem ab alienis mentibus prorsus eradicaret, et abjectissimam de se opinionem, quam fovebat ipse, aliis quoque iniiceret. Hinc nunquam intermissa, et perpetua illa diligentia, industria, et sollicitudo in occultandis quoad potuit suis orationibus, mortificationibus, abstinentiis, pœnitentiis, eleemosynis, ingenij dotibus, gratiis gratis datis, miraculis, aliisque quibuscumque commendabilibus prærogativis, actibus, sive donis, quæ in sui laudem, et encomium quoquo modo recidere poterant, districte etiam aliis imponendo, ne cui revelarent siquæ ex his vederant. Hinc miracula, quæ ejus ope supremus Artifex patrare dignabatur, quæque omnimode occultare non poterat, saltem aut Sanctissimo Sacramento, aut Beatissimæ Virgini, aut Sanctis Ignatio, Francisco Xaverio, Antonio Patavino tribuere nitebatur, variasque artes ad hunc effectum adhibebat, exemplo S. Barbatiani Presbyteri, de quo scribit Beatus Petrus Damiani *Sermon.* 65. *oper. tom.* 2. = *Quod his, quibus sanitatem restituere cupiebat sæpe superponendum quid velut emplastrum, sæpe comedendum aliquid quasi medicinale antitotum conferebat; Eo nimirum, ut opinor, studio, ut, dum herbarum virtus, vel medicinalium specierum potentia creditur, nequaquam Sanctitatis suæ viribus restituta sanitas adscribatur* = Inde etiam nedum in privatis colloquijs, sed in publicis ipsis con-

cionibus publice, et palam suo propalabat defectus, ac sese tanquam hominem superbum, iniquissimum, et illegitime natum prædicabat.

115 Nil ejus auribus jucundius, quam propria ludibria, et contumelias, nil e converso ingratius, et molestius, quam suas laudes, elogia, plausus percipere, adeout vel ex horrore expallesceret. Imperturbabilis in omni ancipiti, et sinistro eventu, turbabatur solummodo, suumque intensum ostendebat dolorem, cruciatum, et indignationem, dum obsequia, et honoris signa erga se præstari intuebatur; Ad quæ evitanda, populi frequentiam, occursum, et conspectum declinare studebat, citato incedebat gressu, Nobilium accessum, et conversationem effugiebat, in Oratoriis privatis, quoad poterat, Missam celebrabat, impediendo etiam, ne sibi manus quispiam oscularetur. Aliorum judicio, proprio postposito, in omnibus subesse, ab unoquoque ediscere, Sociis famulari, pejora pro se eligere, meliora aliis cedere, lacerís, et attritis vestibus indui, abiectissima quæque obire, ministeria, conversari cum Fratribus Coadiutoribus, immo et cum fætidioribus quibusque mendicis, infirmis, mancipiis in deliciis habebat; egregius et in hoc Salvatoris nostri imitator, qui ut notat S. Gregorius *Homil.* 28., quæ legitur in Festo Ss. Nerei, et Achillei *ad diem* 12. *Maii* = *ad Filium Reguli ire noluit, ad Servum Centurionis ire paratus fuit* = Quocirca plene in hypotesi verificata conspiciuntur ea, quæ scribit Scacch. *de not., et sign. Sanctit. sect.* 5. *pag.* 352., ibi = *Ex hoc quod quis humilia velit, inde fit, ut humiles, et pauperes diligat, humilibus induatur vestibus, cum humilibus recreetur, et inter pauperes deputari suas delicias existimet* = Huc demum revocari possunt, quæ deduximus sub titulo *de Fortitudine* §. 92, *et seq.* de contumeliis, et objurgationibus ultro sibi procuratis, deque aliis mirabilioribus Patientiæ, et Humilitatis exercitiis, quæ ibidem retulimus.

116 Sed veniamus ad nonnulla particularia, quæ et supradicta mirum in modum confirmant, et Heroicam Servi Dei humilitatem ab ipsa adolescentia ultra quam credibile videtur, demonstrant. *Summario num.* 7. §. 83., *et seq.* refertur, quod cum integerrimus Iuvenis adhuc secularis quadam die se contulisset = *Nel Collegio de' studii di Palermo vestito di gala, e udendo da un Padre, che Gesù Cristo non era stato così nella sua Passione, egli arrossendosene, rispose,* e che dovrò fare? *Allora il Padre soggiunse*, vi dovreste mettere per ornamento del Cappello una treccia di agli, *tacque l' Angelico Giovinetto, e destramente sottraendosi dalla vista del Padre, se ne tornò a Casa, accommodossi in cambio di pennacchio al Cappello la treccia d'agli, e fe ritorno nel cortile del Collegio facendo trionfare la sua mortificazione, ed umiltà in quella obbrobriosa comparsa innanzi a tanto numero di Scolaresca* = Eodem *Summ. num.* 26. §. 134., *et seq.* de visu enarrat Testis X. Processus Informativi confecti in Civitate Drepani, quod cum Venerabilis Aloysius in eo Collegio Grammaticam docens punire vellet quemdam protervum adolescentem = *Lo scolaro arrabiato incominciò a prorompere in ingiurie contro il suo Maestro, dicendogli a voce alta*: Guarda, che mi fa vedere questo mulo, figlio di una donna vile; *In dir queste parole lo detto Scolare, il detto Padre Luigi ordinò, che si lasciasse di darsi il gastigo, e dopo uscito il fazzoletto, se lo pose agl'occhi, co-*

prem-

Digitized by Google

prendosi tutta la faccia, quasi in atto di piangere, e dopo un poco di tempo rasserenata la faccia chiamò quello Scolaro; e lo fece sedere al più meglio luogo della Scuola. E perchè poco dopo si fecero gli Officiali questo fu nominato da lui Dittatore, presentandoli tra l'anno molti Cannotigli, e premj di valuta. In somma in tutto quell' anno lo trattò, come se gli fosse stato specialissimo amico, e benefattore. Questo caso fece conoscere a tutti di che carata fosse la Santità di questo Servo di Dio anche in quell' età giovanile = Hoc ipsum contestantur alii Testes *Summario num.* 22. §. 20. *num.* 25. §. 44. *num.* 26. §. 127., *et seq.*

117 Sæpedicto *Summario num.* 6. §. 21. legitur = *Sapere di più, che lo stesso Padre La Nuza, quando predicava con somma umiltà manifestava il suo difetto del nascimento illegittimo* = *et num.* 26. §. 157. ibi = *Lessi lo medesimo in un libretto scritto di sua mano pieno di sentimenti spirituali, verso il fine alcuni rimproveri, che faceva a se stesso per umiliarsi, e dispregiarsi, chiamandosi nato di adulterio, e sagrilegio; il che anco disse publicamente nella piazza della Licata, come mi hanno riferito persone, che l'udirono con eccitare a tutti le lagrime* = Dicto *num.* 26. §. 90. habetur = *Teneva nel suo Breviario, e questo per molti anni, in luogo di signacoli certe carte, nelle quali vi erano scritti molti improperii della sua persona, e tra l'altri*: Ricordati, che sei nato d'adulterio; *quali veduti a caso dal suo Padre Rettore del Collegio, oltre una buona riprensione gli fu ordinato, che le levasse. Visitava spesso li Schiavi fatti, e da farsi Cristiani sino nelle stalle, e luoghi più vili di case, e lo stesso faceva alle Galere, e Ospedali trattenendosi spesso nelle camere più schifose, e puzzolenti* = Et §. 98. *et seqq.* prosequitur idem Testis, quod = *Dicendogli un Padre, che all'arrivo suo in Palermo il Signor Vicerè l'averebbe fatte molte accoglienze, gli rispose seriamente*: Io non posso credere, che un tal Signore abbia ad inciampare in un tale errore, ma se il farà le dirò io tante delle mie ribalderie, chè gli farò mutare opinione. *Aveva un Fratello di latte, cioè figlio di quella Nutrice, che l'allevò, e ci diede il latte nella Città di Girgenti, il quale era molto povero, e di condizione villano, il quale aveva per esercizio l'andar vendendo merci di poca valuta per le Terre, e Città di Sicilia. Questo ogni volta, ch'era incontrato dal Padre Luigi, era accolto con straordinarj segni di affetto, se lo metteva a tavola a desinare seco, lo portava per le strade alla spalla, chiamandolo suo Fratello, desiderando, che tutti lo conoscessero, e stimassero per tale* =.

118. Majorem longe admirationem promerentur ea, quæ Pater Michael Frazzetta, qui est Scriptor ejus Vitæ supra indicatus, et simul Testis XC. Processus Informativi Panormitani constructi anno 1667. enarrat *Summario eodem num.* 26. §. 189. *et seqq.* = ibi = *Ebbe più volte a romperla con i Barbieri secolari, che per l'opinione, che v'era comunemente della sua santità nel tosarlo raccoglievano i suoi capelli: Perciocchè subito, che di ciò si accorgeva, ancorchè mezzo tosato scappava loro dalle mani, nè era possibile il ritenerlo* = Pergit deinde describendo duo facta in hoc genere vere stupenda. Alterum est, quod cum Aloysio in Tyrocinio Messanensi infirmato sanguis ex brachio emissus fuisset, et illo Barbitonsor, ut pro reliquia asservaret, linteolum imbueret = *Mentre stà effettuando il disegno*

quanto più può di nascosto, ode tutto improviso sgridarsi dal La Nuza con queste parole da risentito: Maestro mio queste non sono cose degne della persona vostra, *e in questo dire si partì non poco turbato* = Quo facto repertum fuit, prædictum sanguinem miraculose evanuisse ex linteolo = *in cui avanti era stato intinto. Onde amendue* (scilicet tum dictus Barbitonsor, tum alius Frater Coadjutor, qui inter sese hanc reliquiam partiri decreverant) *restarono stupiti del caso occorso, e l'attribuirono a miracolo dell'umiltà del La Nuza* ec., *massimamente quando poco appresso incontratisi col Padre Luigi, ne furono ambedue salutati con un piacevol sorriso*=. Alterum vero, quod, cum quidam Pictor ex commissione nobilis fœminæ effigiem Patris Aloysii efformare deberet, et ad hunc effectum imaginem ejus vultus delineasset, paulo post eamdem imaginem miraculose evanuisse comperiit. Cumque eadem Mulier sub obtentu communicandi Servo Dei quamdam internam agitationem eumdem advocari fecisset „ *ito il Fratel Sagrestano in camera del* „ *La Nuza, prima, che aprisse la bocca per fargli l'imbasciata,* „ *n'ebbe questa risposta*: Dite a cotesta Signora, che non parlerà „ mai più meco: e se essa desidera qualche mia imagine, facciasi „ dipingere un'asino „.

119. Quibus omnibus attentis, quisque procul dubio ex se concludet, humilitatem Aloysii nedum excellentem, heroicam, mirabilem, sed vere prodigiosam fuisse, adeo ut nil prorsus ad eminentiam hujus Virtutis in eo addi, vel excogitari posse videatur. Cui proinde luculenter congruunt tam ea, quæ scribit Sanctus Hieronymus in Vita S. Hilarionis *tom.* 2. *Operum num.* 30. *col.* 29. = ibi = *Mirentur alii signa, quæ fecit; mirentur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem. Ego nil ita stupeo, quam gloriam illum, et honorem calcare potuisse. Concurrebant Episcopi, Presbyteri, Clericorum, et Monachorum greges, Matronarum quoque Christianarum* (*gravidis tentatio*), *et hinc inde ex Urbibus, et agris vulgus ignobile, sed et potentes Viri, et Judices, ut benedictum ab eo panem, vel oleum acciperent. At ille nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur* = quam ea, quæ refert de S. Francisco Assisinate S. Bonaventura in ejus legenda *tom.* 7. *Operum pag.* 304. *cap.* 7. ibi = *Cum populi merita in eo Sanctitatis extollerent, præcipiebat alicui Fratri, ut in contrarium verba ipsum vilificantia suis auribus inculcando proferret. Cumque frater ille, licet invitus, eum rusticum, et mercenarium, et inutilem diceret, exhilaratus tam mente, quam facie respondebat*: Benedicat tibi Dominus, fili carissime, quia tu verissima loqueris, et talia filium Petri Bernardonis decet audire = Rationem reddit Divus Bernardus super *Missus est. Homil.* 4. post medium, ibi = *Non magnum est esse humilem in abjectione, magna prorsus, et rara virtus humilitas honorata.*

De

De Gratiis, et Donis supernaturalibus, quibus Dei Servus fuit divinitus illustratus.

120. Quamvis ad assequendam perfectam Sanctitatis Aloysii notitiam unice necesse sit ad christianas virtutes ab eodem in gradu heroico exercitas respicere, utpote in quibus totum Sanctitatis, et Evangelicæ perfectionis culmen consistit; ac proinde supervacaneum videri possit de donis supernaturalibus, et gratiis gratis datis sermonem instituere, cum plures etiam sanctissimos Viros Ecclesia veneretur, et colat, qui illorum participes non fuerunt, veluti observat S. Augustinus *lib.* 8. *quæst.* 79. ibi = *Non omnibus Sanctis ista tribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, æstimantes in talibus factis majora dona esse, quam in operibus justitiæ, quibus æterna vita comparatur.* = Cui congruit S. Joannes Chrysostomus *Homil.* 24. *in caput* 7. *Matthæi*, ibi = *Neque putemus, minus nos habere, quia signa nunc non facimus, nihil enim unquam amplius ex signis nobis reddetur, sicut nihil minus, eo quod signa non edamus, si virtutibus omnibus demus operam* =; Nihilominus quemadmodum terreni Reges chariores Amicos suos majoribus divitiis, atque honoribus exornant, ut notat Jacobus Alvarez *de Vita spirit. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 4. *col.* 459.; ita divina Bonitas sæpe sæpius fideles suos Servos profusioribus, et amplissimis donis insignit. Cum itaque ex supra late excussis abunde constet, Venerabilem Aloysium in virtutum exercitio ad supremum usque heroicitatis gradum eluxisse, cumque constet insuper, eumdem cælestibus quamplurimis charismatibus fuisse a Deo ditatum, non obstante, quod juxta dicta paulo supra, loquendo de ejus humilitate, omnem adhiberet industriam, omnemque lapidem moveret, ut illa occultaret; opportunum nunc est summatim illa recensere, præscindendo a miraculis in ejus Vita patratis, de quibus actum est sub titulo *de Fide*; idque ad effectum, ut illius Sanctitas eo magis, magisque confirmetur.

121. Notandum in primis est donum lacrymarum, quo Servus Dei jam inde a pueritia, profusius vero in progressu ejus vitæ mirum in modum pollebat, prout enarrant Testes *Summario num.* 7. §. 27., *num.* 16. §. 78., *num.* 27. §. 64. Accessit donum sermonis, quo adeo claruit, ut Auditorum corda in manibus habere videretur *Summario num.* 9. §. 147., et alibi passim. Huc etiam spectat ea notabilissima circumstantia, quod illius, dum e suggestu dicebat, vox ab omnibus vel in magna quingentorum passuum distantia optime percipiebatur, *Summario num.* 9. §. 127. *ad* §. 135. §. 231. 232., *et num.* 31. §. 39., Additur et his, quod frequenter, vel dum concionabatur, vel dum orabat, vel in aliis occasionibus, supernam lucem, et radios ex oculis, aut vultu emittere quamplures inspexerunt, veluti liquet ex *Summar. num.* 9. §. 65. *et seqq.*, 209. 250. *et seqq.*, 253. *et seqq.*, *num.* 15. §. 21., *num.* 16. §. 50. 78. 89. 90. 91. *et seqq.*, *et* §. 100., *num.* 27. §. 9. 15. 18. 19. 20. 29. 30. 31. 45. 46. 47. 62. 63. 75. 76. 88. 89. Eadem occasione, qua ad populos verba faciebat, quandoque columba supra ejus verticem insidere *Sum. num.* 9.

§. 175.

§. 175. *ad* 86., *num.* 17. §. 72., *num.* 27. §. 61, quandoque Angelus sub forma pulcherrimi Juvenis eidem adstare visus est *Summ. dicto num.* 9. §. 206. 207.

122. Succedunt ecstases, et raptus tum in pueritia, tum in provectiori ætate, quorum facta particularia referuntur *Summar. num.* 7. § 23. 96. *num.* 17. §. 64. 65. Dum in Civitate Castri Ennensis concionem ad populum haberet super Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis, in aere elevatus ad eamdem Beatissimam Virginem loqui visus est, *Summar. num.* 27. §. 53. 54. Alia vice completa concione, dum ex cathedra descendere debebat, per aerem raptus fuit in amplexum simulacri Christi Domini è Cruce pendentis, quod in quodam Sacello Ecclesiæ, in qua concionem habuerat, colebatur. *Summario num.* 17. §. 74. 75. Mirabilius est factum, de quo *Summar. num.* 9. §. 29. *et seqq.*, *et* §. 110. *ad* 121., quibus in locis refertur, quod, cum quidam pervicax Peccator ad audiendam Ven. Patris concionem a suo Amico adductus, vix auditis primis verbis, e Templo, egressus esset, eumdem Servum Dei miraculose replicatum ante se inspexit, qui illum ad concionem, quam eodem actu in suggestu prosequebatur, revocavit. Quo stupendo prodigio perspecto, tandem aliquando ad pœnitentiam commotus, et intimo dolore perculsus ad bonam frugem redactus est.

123. Ex eodem cælesti favore quadam vice Beatissimam Virginem sub titulo Agonizantium sibi comparentem intueri promeruit *Summ. num.* 17. §. 83. Non raro cacodæmones quoque inspexisse fertur *Summario numer.* 18. §. 127. *et seq.*, *et num.* 27. §. 79. Dum in portu Messanensi ad populum sermonem habebat, in spiritu vidit animas trium scelestorum hominum, qui in loco valde distanti eodem tempore in mari perierant, ad infera corruentes *Summario num.* 27. §. 67. 68. Alias res item occultas, passim divinitus cognovit. Sic superno lumine illustratus publice e suggestu edixit qualitatem morbi occulti cujusdam, qui ex subitaneo accidenti in Ecclesia defecerat. *Summ. num.* 9. §. 244. Eodem lumine cognovit occultum furtum *Summario num.* 18. §. 38. 39. nec non alias res ejus sensibus non minus absconditas cum suis circumstantiis *dicto num.* 18. § 170. §. 194. 195. *n.* 27. §. 11. 12. 13. Occultas rixas in distanti prævio habitas *Summar. eod. num.* 18. §. 200. *et seq.*, *et num.* 27. §. 2. Quadam vice Aloysius è mensa non dum completa surgens festinanter cum Socio è Collegio egressus, ad quamdam partem agri Panormitani accurrens, reperit ibidem hominem, qui ob inopiam in desperationem adductus ex arbore se suspendebat, id quod nonnisi divino lumine scire poterat. Eique ab imminenti infelicissima morte subtracto necessaria ad victum abunde suppeditavit. *Summario num.* 18. §. 210. *et seqq.* Ex divina relevatione cognovit infelicem mortem D. Francisci D'Aprile Gubernatoris Terrænovæ in loco distanti secutam, *Summ. num.* 18. §. 237. 238. Mortem itidem Patris Francisci Rayati Soc. Jesu eodem tempore, quo Panormi evenit, Aloysius in Civitate Catanæ commorans divinitus penetravit. *Summ. num.* 27. §. 40. *et seqq.*, *et* §. 71.

124. Eodem pacto revelatus fuit Servo Dei obitus Domini Didaci Gil, et Figueroa sui Fratris uterini in loco valde distanti eadem nocte sequutus, ejusque salvatio *dicto num.* 27. §. 32., *et num.* 29. §. 44. Pertransiens per campum, in quo plures erant agricolæ, postquam illis dixit = *Vi voglio dare una devozione, che mai ve la scordarete* = unicuique eorum dedit sacram icunculam, in quo actu non si-

ne omnium stupore factum est, ut cuilibet obtigerit imago Sancti proprii nominis eorumdem, quamvis illos nunquam antea novisset, *dicto num.* 27. §. 33. 34. Cum quædam Monialis a Dei Famulo a laxiori vita ad bonam frugem redacta contentionem habuisset cum alia Religiosa ob modicam farinam, Aloysius in loco distanti existens ad eamdem, epistolam misit, in qua de rixa habita ob dictum motivum illam expresse redarguebat, id quod nulla naturali via scire potuit, et ideo ejusmodi epistola non sine magno stupore perlecta fuit, *Summar. num.* 27. §. 49. *et* 50. Quidam uxoratus cum ad eundem recurrisset, ut preces effuderet pro felici partu suæ conjugis, quæ in partu multum laborare solebat, Aloysius oculis humi aliquantis per defixis ad illum conversus inquit: *Andate allegramente, che vostra moglie ha già dato alla luce un figliolo; quella persona senza indugio corse alla sua casa, e ritrovò esser vero quanto a lui aveva detto il Padre La Nuza* = *Summario num.* 27. §. 65. 66. Eodem pacto intellexit, duas Meretrices in quadam triremi occultas commorari, quæ deinde jussu Servi Dei expulsæ fuerunt *d. num.* 27. §. 77. 78.

125 Non minus mirabiles sunt Scrutationes cordium, et discretiones Spirituum, quarum dono Servus Dei insignitus fuit, veluti colligitur qua ex *Summario num.* 18. §. 32. 33. *n.* 27. §. 26. 27. 72. 73., qua ex factis sequentibus.

I. Dum Ven. Pater sanctis exercitiis nonnullos rudes excolebat, superno lumine penetravit miserum internum statum cujusdam Petri, qui in illis viciniis commorabatur; illum proinde ad se iterato accersitum, cum venire renuisset, efficacia tandem suarum orationum miraculose attraxit, qui per sacram exomologesim propriam implexissimam conscientiam, cum a septem annis confessus non fuisset, expiavit, et a perditæ vitæ licentia in rectum salutis tramitem non sine admirationis stupore traductus est. *Summ. num.* 9. §. 13. *ad* 28.

II. Eodem *n.* 9. §. 68., *et seqq.* de facto proprio testatur Paulus Zimmaturi, quod cum ab adolescentia sua in vitiorum cœno immersus esset, et ipsum verbum Dei audire detractaret, in actu, quo intererat Sermoni Aloysii, iste internas ejus cogitationes perscrutatus, eidem manifestavit, ac deinde illo adducto ad explendam illico sacram Confessionem, in ejus actu omnia peccata, quorum non reminiscebatur, ei in memoriam revocavit, et secretas totius conscientiæ latebras aperuit.

III. Dum anno 1635 in Civitate Drepani Aloysius concionem haberet, e suggestu agnovit, et revelavit occultas cogitationes Sororis Mariæ Xhabæ, quæ dictæ concioni intererat, veluti de facto proprio enarrat ipsamet Testis *Summ. num.* 9. §. 191. *ad* 194.

IV. Dum quidam Nobilis, qui a sex annis abstinuerat a salutari pœnitentiæ Sacramento, Servum Dei concionantem auscultabat, iste publice, et palam *disse queste formate parole*: uno di Voi altri sono già sei anni, che non si confessa, *e dopo seguitò con gran fervore ad esortarlo a confessarsi. Summ. num.* 11. §. 17. 18. *n.* 27. §. 22. 23.

V. Vincentius Pagano offensus a quodam Nobili, statuerat intra se, ictu sclopuli illum interficere, Servus Dei ad eumdem Vincentium accedens de prava occulta determinatione redarguit, dicens = *chi sù sti pistulati, e sti stillittati? nò viditi quantu vi allontanati dalli boni proponimenti?* = quemadmodum refert de facto proprio ipsemet Testis *num.* 18. §. 85. 86.

VI. E' Collegio quadam die Servus Dei una cum Patre Algaria egressus,

post-

postquam per varia Panormi compita circumcursavit, intuens homines in illis existentes iterato dixit. *Non vi è qui*; tandem alio discurrens quemdam bajulum invenit, cui dixit: *O figlio quanto ti ho ricercato*, quem etsi a principio reluctantem, ferventi tamen suo zelo ad extremum devictum secum ad Ecclesiam adduxit, ibique peracta sacramentali Confessione, totus mutatus ab illo, qui venerat, bajulus domum rediit, quemadmodum resultat ex *Summ. eod. num.* 18. §. 207. 208. 209.

VII. Patre Josepho Papillo Soc. Jesu vehementer afflicto, casu in Ven. Patrem incidente, iste internam mœstitiam, quam aliunde noscere non potuerat, superna luce penetrans, hilari vultu dixit *allegramente, allegramente*, ad quæ verba, prosequitur ipsemet Religiosus = *stupito Io, ed arrossitomi insieme, ritornai subito alla quiete d'animo, e tranquillità antica. Summ. num.* 20. §. 54.

VIII. Joannes de Alexandro Servo Dei antea ignotus, ab ipso proprio nomine appellatus inducitur ad explendam sacram confessionem ob quædam peccata occulta in antecedenti confessione prætermissa, prout verissimum erat, et perhibet idemmet Joannes *Summ. d. num.* 18. §. 132. *ad* 137.

IX. Soror Catharina Bonmattino, et Ayala Monialis in Monasterio Sanctæ Catharinæ Civitatis Saccæ nonnullos commiserat defectus uni Deo notos, Aloysius tamen divino lumine imbutus eosdem clarissime illi nifestavit, et ad bonam vitam redegit, id quod de facto proprio testificatur ipsamet Sanctimonialis. *Summ. num.* 24. §. 56. *ad* 59.

X. Eodem *Summario num.* 27. §. 59. 60. deponit Testis XII. Processus Apostolici *ne pereant probationes*, quod Servus Dei quadam die dixit P. Ministro Societatis: *Padre datemi un Compagno, che debbo andare a pescare al molo* = quo cum pervenisset, oculos iterato conjecit, atque defixit in quemdam Officialem Triremium, ex quo actu ille ad poenitentiam commotus protinus sacram peregit Confessionem, in qua Aloysius multa peccata, quorum Poenitens oblitus fuerat, edixit, et in memoriam redegit, dicens: *Non ti ricordi, che a tal tempo facesti tale, e tal'altro peccato ec.*?

XI. Divino item lumine decoratus Ven. Vir ad se advocavit quemdam Bartholomæum de Paula, quem hortatus est, ut recte confiteretur præsertim de quodam peccato, quod ex verecundia alias in confessione omiserat, prout de facto verissimum erat. *Summario num.* 27. §. 28.

XII. Admirabilius est factum, quod in sui persona accidisse testatur Antonius Piparo *Summario d. num.* 27. §. 35. *ad* 38., ubi sub solemni juramento affirmat, se ab Aloysio, cui antea prorsus ignotus fuerat, accersitum, et inductum, ut illico confiteretur, et in ea confessione Dei Servum non solum suum internum statum, sed omnia plane peccata occulta cum suis circumstantiis, non secus, ac si illa propriis oculis vidisset, sibi districte indicasse, quorum ipsemet Testis oblitus fuerat.

XIII. Dum Ven. Pater in publica platea Civitatis Messanæ verba faciebat, publice, et palam edixit, inter Auditores adesse quemdam, qui a viginti quinque annis a salutari exomologesi abstinuerat, id quod rei eventu comprobatum est, *dicto num.* 27. §. 44.

XIV. Anno 1653. vivebat in Civitate Nicosiæ Nobilis senex, qui cum universali scandalo a sexdecim annis inhonestam fovebat consuetudinem cum quadam foemina, quam domi retinebat, et ex qua duos filios

lios genuerat. Iste detrectans se conferre ad audiendas Conciones Servi Dei, dum quadam die ludo vacabat, ab Aloysio, etsi nunquam antea illum novisset, aut vidisset, proprio nomine appellatus, interrupto ludo in Sacrarium cujusdam Ecclesiæ ductus fuit, eique dixit: *Inginocchiatevi, e fate la vostra Confessione, perchè sono tanti, e tanti anni, che voi non vi confessate*, in cujus confessionis actu, quam ille monitis obtemperans statim exorsus est, illi distinctè in mentem revocavit multa peccata, quorum oblitus fuerat, et exinde dimissa lasciva fœmina, ac dispositis domesticis rebus ad locum solitarium extra Urbem secedens, heremiticam, ac pœnitentem vitam non sine communi admiratione amplexus fuit *d. num.* 27. §. 82, 83.

XV. D. Abbati Bernardo Colle, et Campo revelavit supernam inspirationem a se antecedenter habitam, *d. num.* 27. §. 90.

XVI. Ven. Aloysius una cum Patre Marcello a S. Dominico Religioso Strictioris Ordinis Discalceatorum Sancti Augustini anno 1629. in Spiritu inspexit innumeras animas ad inferos corruentes, et arcana cordium cœlesti lumine mirabiliter pervasit, prout fusiùs cum suis circumstantiis perhibent Testes *Summario num.* 28. *pag.* 339. *ad* 342. *num.* 29. §. 47.

XVII. Cum Carolus Græco ex Hispania Panormum regrederetur, delata fuit notitia ad Magdalenam Græco ejus Uxorem Panormi commorantem, triremem S. Antonini, qua vehebatur dictus Carolus, naufragium fecisse prope insulam Corsicæ, ex quo naufragio multos miserè periisse. Prænominata Magdalena anxia, et sollicita de sui viri salute cum in publica via in P. Aloysium incidisset, illum, ut ips amet de facto proprio refert, appellavit, dicens: *Prigati allu Signuri; Lu dittu Patri senza aspettari la proposta, ci dissi voltandosi questi formati paroli*: della galera, che si annegau, si salvau; sia esso benedetto, *e dictu quistu si pertiu*. De facto paucis post diebus idem Carolus incolumis Panormum pervenit, etsi prædicta triremis una cum octoginta quinque personis submersa fuisset; id quod Servus Dei nullo naturali medio rescire poterat, veluti plenè, et concludenter probatur *Sum. d. num.* 28. *pag.* 342. *ad* 345.

XVIII. Quidam Regius Minister magnæ authoritatis, et doctrinæ vir, certior factus de infami relatione apud Pro-Regem Siciliæ contra se à suo æmulo exarata, proposuerat in suo corde illum interficere, audiis postea luter auscultandum Missæ Sacrificium, iis Sapieutiæ Verbis: *Tamquam aurum in fornace probavit eos*, superno lumine illustratus ad saniorem mentem rediit, et offensam inimico ex animo condonavit. Vix completo Sacro; dum cum aliis Equitibus in Sacrario Ecclesiæ Domus Professæ Societatis Jesu colloquebatur, Ven. Aloysius a nemine vocatus in Sacrarium descondit, et accedens ad dictum Equitem hilari vultu illi congaudens dixit: *Buona azione assai avete fatto*, factoque signo, ne cui revelaret, discessit. *Summario numer.* 288. *pag.* 345, *et seq.*

XIX. Ad extremum *Summar. num.* 31. §. 40., *et seq.* legitur, Servum Dei divino lumine penetrasse, et mirabiliter depulisse occultam tentationem carnis, quam a spiritu fornicationis patiebatur quidam Religiosus, qui arroganter cum ipso Dei Famulo egerat.

De Prophetico Serri Dei Spiritu.

126. Longe mirabilius, quam aliis donis supernaturalibus, claruit Ven. Dei Servus Spiritu prophetiæ, et rerum futurarum prædictionis, adeo ut jure optimo æquiparandus videtaur Samueli Prophetæ, de quo legitur 1. *Regum cap.* 2. quod = *Dominus erat cum eo, et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram. Et cognovit universus Israel etc. quod fidelis Samuel Propheta esset Domini* = Comprobatur hoc assumptum non solum ex *Summ. num.* 16. §. 69. *num.* 27. §. 1. *et seqq.*, §. 51. *et seqq.*, *et num.* 29. *per totum*; Sed et luculentius ex factis particularibus, quæ breviter discribuntur.

I. Prædixit Domino Antonio Gonzalez obitum intra determinatum tempus secuturum, prout evenit, *Summar. num.* 7. §. 52. *numer.* 29. §. 63. 64.

II. Patri Cæsari del Bosco Soc. Jesu diuturna, et ancipiti infirmitate oppresso prædixit sanitatem, et mortem post quadriennium sequuturam. Re ipsa quatuor annis supervixit. *Summar. num.* 12. §. 70. *numer.* 29. §. 37. 38.

III. Patre Michaele Frazzetta ex gravi morbo decumbente, una cum Patre Antonino Blandi Religioso ejusdem Soc. Jesu, accedens Ven. Pater ad illum visitandum inquit: *Non dubitate, perchè voi non morirete, quel Padre sì, che morirà, ma voi non abbiate paura, e successe quanto lui disse*, prout de facto proprio refert ipsemet Pater Frazzetta *Sum. num.* 12. §. 71. 72., *et n.* 29. §. 36.

IV. Sacerdoti D. Christophoro Martini ex lapsu cujusdam magnæ Crucis lethaliter in capite vulnerato sanitatem prænunciavit, prout ex meritis ipsius Servi Dei ille confestim consecutus est, *Summ. num.* 13. §. 12. 13.

V. Philippo Cartafauza Fabro cæmentario non obscure prophetizavit Aloysius lapsum ex Fabrica, quam construebat, quemadmodum paulo post reipsa prolapsus est, et misere interiit. *Summ. dicto num.* 13. §. 27. *ad* 36.

VI. Eodem pacto adamussim adimpleta fuit Prophetia longe ante facta D. Didaco Paternò, cui adhuc puero prædixit, suo tempore Societatem Jesu fore ingressurum, et in ea brevi moriturum. *Suamario num.* 17. §. 71. *ad* 73.

VII. Dum Aloysius adlaborabat pro traducendo ad ovile Christi infideli mancipio, et iste obcæcatus in suo errore, absque eo quod fidem Catholicam amplexus esset, versus insulam Melitensem navigasset, Dei Servus inquit: *Non anderà a Malta, ma tornerà*. Re vera immedio itinere exorta procella regredi coactus est; Cumque denuo ad illum accessisset, ut ad veritatis lumen reduceret, et frustra item insudasset, iterumque ille se mari commisisset, iterato prædixit Servus Dei: *Che tornerà*, veluti ad unguem verificatum fuit, donec ad Deum conversus, suscepto sacro Baptismate postridie felicissime obiit. *Sum. num.* 18 §. 35. 36. 37.

VIII. Lucium Pisanum anno 1636. hortatus est Ven. Pater, ut generalem confessionem expleret, attenta incertitudine mortis, qua confessione rite peracta, paucos post dies lethali vulnere accepto pie ex hac vita migravit. Cumque uxorem viduam cum numerosa familia

Digitized by Google

lia in magna paupertate, et omni humana ope destitutam reliquisset, et ista detrectaret homicidæ ignoscere, Dei Servus, ut illam ad dandam veniam induceret, benedicendo ejus substantiis inter alia dixit: *Per l' avvenire il Signore mai farà mancare il vitto della tua Casa, camperai tu, e li tuoi figli onoratamente, sarete da tutti rispettati ec.* Qua promissione, et prædictione accepta, mulier nomine Flavia offensam ex animo remisit, in cujus rei sequelam omnia illi prodigiose multiplicabantur, et prospere succedebant, cum aliis notabilibus circumstantiis, quæ describuntur *Summario num.* 18. §. 42. *ad* §. 60.

IX. Cuidam consuetudinario graviter infirme prædixit, post recuperatam salutem ad peccatum fore rediturum, uti adamussim accidit *Summ. dicto num.* 18. §. 102. 103.

X. Eventus itidem comprobavit veritatem prædictionum, de quibus legitur *Summ. dicto num.* 18. §. 244. 246., quod scilicet ex eleemosynis bonus fructus in quibusdam Meretricibus secuturus esset, quodque Turca quidam captivus christianam fidem foret amplexurus.

XI. Anno 1635. in Collegio Civitatis Catanæ levissima febre laborabat Pater Franciscus Balsamo Soc. Jesu, Ven. Aloysius in actu illum invisendi, facto signo Crucis, inquit: *Requiem æternam etc.* Re ipsa prædictus Religiosus contra Medicorum sententiam, et prognostica post quadraginta circiter dies ad aliam vitam migravit. *Summario num.* 23. §. 143. 144. *num.* 27. §. 6. 7. 8. *num.* 29. §. 39. 40. 83. 84. *et* 85.

XII. Ab opposito D. Andreæ Averna Equiti Messanensi gravissima, et periculosa ægritudine oppresso vaticinatus est Dei Servus: *Che stasse allegramente, che per quella volta non dovea morire*, prout contigit *Summ. num.* 27. §. 4. 5.

XIII. Non ita tamen accidit cuidam Primario Viro; quem per epistolam Aloysius hortatus fuerat, ut ad rectum salutis tramitem, commutata vivendi ratione, rediret, *perchè li stavano sopra li gastighi del Signore*; iste enim obduratus in suo peccato, cum Aloysio morem non gessisset, post aliquod tempus miserandum in modum à suis inimicis interempus fuit. *Sum. d. num.* 27. §. 69. 70.

XIV. Consimile infortunium accidit miseræ impudicæ mulierculæ, quam anno 1656. Ven. Pater cum inter densissimos imbres ad Oratorium Sanctorum Galli, et Joannis Civitatis Messanæ se contulisset, præpropere accersitam ad bonam frugem traducere conatus est, eique saluberrimis suis monitis pervicaciter resistenti, iratus tandem imminentem ruinam portendit dicens: *Fra poco te ne pentirai, sei già spedita.* Vix enim elapsis paucis horis accidenti apoplectico correpta impœnitens miserrime interiit. Et hæc eadem mors postquam accidit divinitus Aloysio revelata fuit. *Summario num.* 29. §. *primo ad* §. 9.

XV. Dominæ Antoniæ Vianisi graviter decumbenti protulit Aloysius hæc verba = *Allegramente, che cinque giorni di purgatorio in questa vita vi restano, e poi sarete libera dalli travagli di questa vita, e consolatevi, che Don Vincenzo vostro Figlio arriverà a suo tempo a posto, che onorerà la sua casa.* Utraque prædictio adamussim verificata fuit, veluti de visu, et facto proprio testatur ipsemet D. Vincentius Vianisi ejus Filius. *Sum. num* 29. §. 11. 12. 13.

Digitized by Google

XVI. Pari successu adimpleta est prophetia, qua Conjugi Joannæ Castil-luzzo lethaliter infirmo prænunciavit sanitatem. *Summ. d. num.* 29. §. 15. *et* 16.

XVII. Equiti, qui optima fruebatur valetudine, prædixit mortem intra paucos menses eventuram, prout accidit. *Summario dicto num.* 29. §. 17. 18. *ad* §. 22.

XVIII. Inter concionandum in Civitate Leontina, publice, et palam superno instinctu prophetizavit magnum infortunium die Jovis hebdomadæ Sanctæ superventurum. De facto dicto die terribilis terræmotus tam dictam Urbem, quam loca vicina concussit *Sum. eod. n.* 29. §. 23. 24. 27. 28.

XIX. Simili illustratus cælesti lumine præcognovit adventum Vincentii Pagano, qui Panormo, inscio Servo Dei, ad ipsum alibi existentem adventabat, *dicto num.* 29. §. 29. 30.

XX. In prædicta Civitate Leontina Sermonem faciente Aloysio, e suggestu vaticinatus fuit miseram mortem Josephi Antico, qui in contractibus alienum lædebat jus, post mensem secuturam, describendo etiam minute circumstantias, quæ præcedere debebant; prout plene verificatum fuit *Sum. eod. num.* 29. §. 32. 33. 34.

XXI. Ad P. Franciscum Sparacino Panormi degentem epistolam transmisit Servus Dei, *nella quale gli diceva, che quella sarebbe stata l'ultima, e doveva servire per licenza, perchè non si sarebbero più veduti.* Exitus veritatem comprobavit, nam d. Pater Sparacino vix evolutis duobus mensibus animam Deo reddidit, *dicto num.* 29. §. 41, 42.

XXII. Mulieri Annæ Gentile, quæ pepererat duas puellas, et a Ven. Viro implorabat opem ad illas sustentandas, prænunciavit, quamprimum ab ejusmodi incommodo, et labore fore liberam, et intra paucorum dierum intervallum utraque puella immatura morte prærepta est. *Sum. d. num.* 29. §. 42.

XXIII. Suo Patruo prædixit Aloysius, se ejus morti interfuturum, et quamvis quodammodo impossibile videretur, attamen prædictioni correspondit eventus *d. num.* 29. §. 45. 46.

XXIV. Prophetizavit gravissimam calamitatem toti Siciliæ impendentem; reipsa paucis post mensibus contagiosa lues in tota pene Sicilia grassari cæpit *d. num.* 29. §. 48. 49. 52. 53.

XXV. Patri Philippo Settimo per epistolam suasit, ut quoddam pium opus eleemosynis adjuvaret, promittendo eidem uberes reditus agrorum Collegii, cujus ille curam gerebat. Elargitis eleemosynis, promissionem plene adimpletam expertus est ipse Pater settimo, veluti de facto proprio testatur *d. num.* 29. §. 50, 51.

XXVI. Domino Petro de Saavedra præsignificavit Aloysius, multas calamitates fore perpessurum. Eidem in Hispaniam profecturo prædixit felicem illuc adventum, ac feliciorem reditum in Siciliam, cum honorifico, et lucroso gradu; ulterius minute præindicavit ea, quæ ipsi in itinere eventura erant. Prædictio in omnibus suis partibus plenissime effectum sortita fuit, quemadmodum ex experientia, et facto proprio deponit ipsemet Petrus *d. num.* 29. §. 54. *ad* 59.

XXVII. Sacerdoti D. Didaco Midoro à medicis deplorato, et in extremis laboranti prædixit sanitatem, quam de facto ad amplexum Servi Dei ille perfecte recuperavit, *eod. num.* 29. §. 60. 61.

XXVIII. Dum solemnis popularis pompa Messanæ fiebat ob electionem Magistratus, prædixit Servus Dei, eamdem in luctum, et calamita-

tem

Digitized by Google

tem fore commutandam, prout accidit anno 1664. ratione belli Messanensis, *d. num.* 29. §. 65. 66.

XXIX. Fr. Giliberto Mancuso prænunciavit ingressum in Societatem Jesu, veluti de facto in Societate admissus fuit, *dicte num.* 29. §. 67. 77. 78.

XXX. Ab opposito Sacerdoti D. Angelo Dittæ, qui habitum item Societatis induere exoptabat, prædixit, id non fore assequuturum, sed futurum Parochum Oppidi Sanctæ Nymphæ, prout contigit, *d. num.* 29. §. 61. *ad* 72.

XXXI. Pater Caruso Societatis Jesu comes Servi Dei in quodam itinere, in offenso pede fragilem, et periculosum pontem feliciter pertransiit, veluti præcognoverat, ac prædixerat idem Dei Servus, *Sum. d. num.* 29. §. 73. ad 76.

XXXII. Eodem modo verificata est in omnibus suis partibus prophetia, qua prædixit Puellæ = *Che ella doveva prendere Marito, ed indi generar quattro figliuoli, cioè tre maschi, ed una femina, e che la femina ec., doveva parimente accasarsi, e generare sei figlinoli, tutti maschi, due de' quali dovean fare Gesuiti* =, de qua perhibet Testis II. Processus Apostolici Panormitani in specie, *Summario sæpedicto num.* 29. §. 80. 81. 82. Qui Testis est unus ex dd. filiis, qui in Societatem ingressi fuerant.

XXXIII. Prænunciavit grave infortunium determinato tempore eventurum Triremibus Equitum Melitensium, prout de facto evenit; cum enim dictæ Triremes in Navigia inimica incidissent, atroci cum illis inito certamine, grave præjudicium reportarunt, *Summ. d. num.* 29. §. 86. 87.

XXXIV. Famulum D. Philippi Viviolto nomine Joannem Baptistam prædictione gravissimi imminentis infortunii, induxit ad sacram suorum peccatorum Confessionem; eidem prophetizavit, brevi fore moriturum, receptis tamen prius extremis Sacramentis, veluti contigit, *d. num.* 29. §. 89. 90. 91.

XXXV. Vivebat in Collegio Panormitano Societatis Jesu quidam Religiosus studens, et quamvis nullum haberetur indicium de ejus egressu e claustris Societatis, attamen Aloysius et ipse studens in eodem Collegio, non obscure præsignificavit, illum fore egressurum, uti post multos annos reipsa accidit, *d. num.* 29. §. 92. 93. 94.

XXXVI. D. Abbas Bernardus Collè, et Campo supra memoratus occasione offensionum habitarum cum quodam Prælato, rogavit Dei Servum, ut pro se preces ad Deum effunderet, iste vero prædixit, ab ejusmodi tribulatione cum suo maximo honore fore liberandum, prout suo tempore ad unguem verificatum fuit, veluti de facto proprio enarrat ipsemet Abbas, *d. num.* 29. §. 95.

XXXVII. Similiter adimpletæ fuerunt variæ prædictiones tum a Venerabili Aloysio, tum a Servo Dei Hieronymo a Panormo unitim factæ Canonico D. Francisco Romano in ordine ad duos ejus Nepotes; Necnon cuidam nobili uxorato, qui ex multo tempore concubinam domi habebat, cui prædixerunt, quod ni scandalosam consuetudinem relinqueret, infelicissimam vitam foret acturus. Cumque iste non se emendasset, de facto in ejusmodi calamitatem incidit, *Sum. d. n.* 29. §. 96. *ad* 100.

XXXVIII. Dum Genetrix celebris Ancillæ Dei Soror. Mariæ Crucifixæ a Conceptione ipsam Dei Servam utero gerebat, ac tota familia fœtum masculinum optaret, habito recursu ad Aloysium, iste non solum præsi-

gui-

gnificavit, puellam fore nasciturum, sed portendit etiam, eandem sanctissime victuram, prout evenit, *d. num.* 29. §. 101.

XXXIX. Mirabilior est Prophetia facta Cæsari Caccamisi publico Comædo, cui licentiose viventi sedulo imposuit Aloysius, ut suæ vitæ rationem commutaret, et exercitium agendi histrionem relinqueret, quia post duodecim circiter annos subitanea, et repentina morte esset decessurus. Ille iteratis salutaribus Servi Dei monitis spretis, de facto in ipso actu repræsentandi in Theatro, apopletico morbo perculsus juxta præfinitum tempus, miserandum in modum occubuit, cum universali Adstantium stupore simul, ac terrore, *Summ. n.* 30. *pag.*363. *ad* 368., ubi totum factum cum suis circmstantiis minute describitur, et legitime comprobatur.

XL. Nec minus notabilis est prophetia, quam fecit anno 1645. Honuphrio Incontro professione Sculptori, qui à duodecim circiter annis cum pellice inhoneste vivebat, et ex ea quatuor filios procreaverat, quamvis enim iste in viridi ætate constitutus optime valeret, attamen Dei Servus irrequisitus ad eum in propria Officina laborantem accedens dixit: *Amico lassa li ferri, e và ad aggiustare l'anima tua, perchè di quà a tre giorni sarai all'altra vita*, qui tali vaticinio perterritus illico paruit, et omnibus relictis, suæ conscientiæ labes expiavit, desponsavit Concubinam, legitimavit filios, Creditoribus satisfecit, rebusque omnibus præpropere compositis violento morbo correptus post suscepta rite sacramenta pie tertio die interiit, qui successus non solum universalem causavit admirationem, sed effecit etiam, ut multi ad bonam frugem, se reciperent, veluti resultat ex *Summ. num.*27. §. 57. *et* 58., et concludentius comprobatur *eodem Summ. num.*30. *pag.* 368. *ad* 370.

XLI. Eadem occasione prædixit felicem obitum piissimi Sacerdotis D. Laurentii Buscioro, qui eodem die sancte obiit, *Summ. d. num.* 30. *d. pag.* 368. *et seqq.*

XLII. Prædixit item quod Pater Antonius Polizzi Religiosus Societatis Jesu post factam per tres alios annos scholam, post impensam Theologiæ operam, post susceptum Sacerdotium felicissime in osculo Domini moriturus esset, quemadmodum adamussim contigit, *Summ. d. num.* 30. *pag.* 370. *et seqq.*

XLIII. Eodem *Summ. d. num.* 30. *pag.* 371. *et seqq.*, de facto proprio refert D. Jacobus Fardella, quod cum ex humiditate contracta gravis ei tumor in facie subortus fuisset, qui vehementissimum afferebat dolorem, rogato Aloysio, ut signum Crucis formaret super locum affectum, iste ex sua profundissima humilitate renuens id agere, dixit = *Và, và, mettili un pocv d'oglio di S. Ignazio, che dimani non ci sarà niente* =. Quo facto post transactam placidissime quiescendo noctem, id quod antea nunquam assequi potuerat, mane è lecto surgens nullo adhibito medicamento perfectissime se sanum comperit, non sine communi domesticorum, et Medicorum stupore, et consonat tum Uxor, tum Genitor ipsius Jacobi loco citato *pag.* 372. *et* 373.

XLIV. Prædixit Fratri Hieronymo Imbrunistæ eo tunc undenni puero ingressum in septa Societatis Jesu, prout de facto suo tempore verificatum fuit, *d. num.* 30. *pag.* 373. *et seqq.*

XLV. Dum Ven. Pater in quadam platea Civitatis Panormi concionem habebat, accessit quidam miles speculator nomine Emmanuel, quem Dei Servus proprio compellans nomine dixit = *Emmanuele ora è il tempo, se ti vuoi salvare, vieni confessati, ora è il tempo, altri-*

men-

Digitized by Google

menti domani a questa ora sarai all' inferno =, qui ad hæc monita insurdescens, dum insequenti die meretricis cubiculum ingrediebatur, sclopi ictu percussus, in instanti impœnitens misere occubuit, *Sum. d. num.* 30. *pag.* 374. *et seqq.*

XLVI. His omnibus pro coronide accensendæ sunt prædictiones proprii obitus, de quibus legitur *Summ. num.* 32. *per totum*, *et num.* 33. §. 106. *et seqq.*, *et* §. 138., quibus in locis habetur in primis, quod ipse duobus, vel tribus ante mortem annis præindicavit se ad aliam vitam migraturum die 21. Octobris, Sanctæ Ursulæ dicato, habetur secundo prædixisse, quod eodem die in Conventu Montis Sancti Pagnormi Ordinis Carmelitarum decessurus pariter erat Religiosus in magna opinione Sanctitatis, quodque in Ecclesia Domus Professæ Societatis Jesu magna futura esset festivitas, immensus videlicet Populorum concursus ad ipsius Aloysii exequias; tertio denique quod proximus morti indicavit noctem, qua obiturus erat, quæ omnia ad unguem contigerunt, veluti constat ex locis citatis.

De Fama Sanctitatis Servi Dei in Vita.

127. Virtutibus in gradu heroico legitime, et concludenter stabilitis, necnon compendiose recensitis tam Miraculis, quam donis supernaturalibus, et cælestibus charismatibus, quibus Aloysius vivens effulsit, reliquum est, ut in dictarum virtutum confirmationem sermo habeatur de fama Sanctitatis in vita, cum compertum sit, quod = *consentiens Fama confirmat rem, de qua quæritur*, ut dicitur *in leg. Testium ff. de Testibus*; magnumque robur probationi Virtutum ex Fama Sanctitatis superaddi tradunt Panvin. *in relat. Canonizat. S. Bonaventuræ part.* 1. *art.* 10. *inter opuscula ejusdem Sancti Tom.* 2., et Scacch. *de not., et sign. sanctitat. sect.* 9. *cap.* 5. §. *Quod vero.*

128. Fama itaque Sanctitatis Ven. Aloysii a primis ejus annis incæpit, et usque ad obitum penes omne personarum genus ex omni statu, cætu, ætate, ordine, et conditione constantissime in suo vigore, ac splendore perduravit. Ubicumque fuit suavissimum Sanctitatis odorem reliquit. Ab universis reputabatur vir irreprehensibilis, Religiosus consummatæ perfectionis, vetæ Sanctitatis prototypon, in omni virtute eximius. Non alio, quam Angeli, Apostoli, aut Patris Sancti, et plusquam Sancti, *vestræ Sanctitatis*, *vestræ Beatitudinis* nomine passim appellabatur Ipsi pueri in tenella ætate constituti superno quodam instinctu illum colebant. De Sancto Jacobo Apostolo legitur in Breviario ad diem 1. Maii *in* 2. *Noct. Lect.* 3., ibi = *Tanta autem erat Jacobi vitæ sanctitas, ut fimbriam vestimenti ejus certatim homines cuperent attingere* =; in casu vero nostro, juxta dicta superius §. 3., ubi, et alia huc facientia conglobavimus, nonnulli ipsam terram, quam Servus Dei pedibus calcaverat, præ devotione osculabantur. Dum in exercitio Sacrarum Missionum Siciliam circumibat, alicubi cum festivo Campanarum sonu, et incolis in occursum procedentibus excipiebatur. Quisque in ejus præsentia se componebat, et quemcumque defectum evitare conabatur. Plurimi ad ejus pedes venerabundi procumbebant, illisque oscula imprimebant. Ut perveniebat ad loca

Mis-

Missionis, quamvis ibi nunquam antea fuisset, statim ubique vox propagabatur = *E' venuto il Santo* = . Ejusmodi fama residebat apud omnes prorsus, Nobiles, Ignobiles, Literatos, Ecclesiasticos, Sæculares, Subditos, et Superiores Societatis præsentes, et præteritos, apud Religiosos aliorum Ordinum, præsertim vero apud Rmum Archiepiscopum Panormitanum, et eos, qui illum noverant; adeo ut satis esset, quod quis semel illum tractaret; ut pro Sancto veneraretur. Hinc nunquam intermissus immensus ad illum audiendum populorum concursus, ita ut frequenter sub aperto Cælo concionari cogeretur, quin tamen nemo unquam fuerit, qui quantumvis distans illius verba non perceperit juxta supra itidem dicta. Quæ omnia legitime, et concludenter comprobantur ex *Summ. num.* 9. §. 138. *et seqq. num* 10. §. 16. *num.* 11. §. 98. *num.* 12. §. 1. 14. 24. 113. 119. *num.* 13. §. 23. 30. *num.* 14. §. 29. *num.* 15. §. 31. 32. *num.* 18. §. 23. 30. 75. 81. 82 *num* 19. §. 8. 36. 72. *num.* 20. §. 3. 47. *num.* 22 § 45. 46. *num.* 23. §. 138. *num.* 24. §. 25. 26. 78. *num.* 27. §. 10. 17 39. 74. *num.* 28. §. 2. *pag.* 344. *num.* 29. §. 20. 25. 26. *num.* 30. §. 6. 17. *num.* 31. *per totum*, *num.* 33. §. 28. *et seqq.*, *et* §. 58 99., *et num.* 35. §. 8. 37.

129. Quibus ex locis pariter constat, quod ex hoc eodem motivo passim ab omnibus, et præsertim infirmis tamquam pretiosæ Reliquiæ magno cum studio exquirebantur non modo res ab illo adhibitæ, aut quæ e mensa ei supererant, sed ipsa terra, quam pedibus tetigerat, et ipsa aqua, qua vel in peragendo Sacro manus abluebat, vel in morte Ven. Cadaver dilutum fuit. Sæpe clanculum frustula ex pallio, aut veste recidebantur. Barbitonsores sanguinem, aut capillos cum magna veneratione asservabant. Notabile est in hoc proposito, quod legitur *Summario num.* 23. §. 14. *ad* 17., ubi de facto proprio deponit D. Margharita Catalano, se pro recuperanda prodigiosa ferrea catenula; qua usus fuerat Servus Dei, et ab ipsa cuidam medicinæ Professori commodata, instantiam coram Judice intentasse. Sed neç minus notabile est, quod refert *Summario num.* 31. §. 19. Testis LXIV., ubi quod cum ipse transmisisset involucrum Reliquiarum Servi Dei ad Patrem Antonium Rosselli, iste = *non haveva voluto aprire* (dictum involucrum) *perchè si voleva meglio apparecchiare, e disporre l'animo.* Quid plura? ipsa Aloysii sputa tamquam Reliquiæ colligebantur, prout de Sacerdote D. Joanne Tripodo, qui mediante applicatione dicti sputi miraculose a morbo strumarum sanatus fuit, legitur *Summario dicto num.* 31. §. 28. 29. 30., *et num.* 37. §. 63. 64. Quæ sane universalis nomine Aloysii celebritas, et constantissima fama non erat vanus populorum rumor, sed tamquam in firmissima basi fundabatur in ejus illibata Apostolica, ac Sanctissima vita, et virtutibus. Quæ quidem virtutes, quam singulares, insignes, et eminentes revera essent, ultra cumulata in superioribus, satis superque conjicitur ex revelatione habita a piissimo Sacerdote cive Montis Leonis in Calabria, cui anno 1653. manifestavit Deus, neminem in Societate Jesu per totum, qua late patet, Terrarum Orbem diffusa, eo tempore Aloysio sanctiorem existere, veluti resultat *ex Summario eodem num.* 31. §. 34. 35. Fundabatur insuper in gratiis gratis datis, et miraculis ejus ope patratis, contra quam nil unquam in contrarium dictum, factum, scriptum, aut auditum fuit.

130. Denique in hoc eodem rerum themate animadvertenda sunt tum ea, quæ sub solemni juramento affirmat Testis XIII. Processus Informativi

tivi Drepanensis *Summ. dict. num.* 31. §, 48. *et seq.* = Non credo po-
„ tersi aggiungere alla grandezza di detta Fama, et opinione, maggio-
„ re accrescimento, parlandone tutti, come di Santo grande, ed es-
„ sendo già uscito un proverbio: ALLA FINE IO NON SONO
„ PADRE LA NUZA O' NON SONO TUTTI PADRE LA NU-
„ ZA etc. = De quo proverbio habetur passim alibi; tum notabilis-
simum factum, quod elicitur ex eodem *num.* 31. §. 3. *et seq.*, *et* §. 53. Quibus in locis habetur, quod cum Ven. Aloysius viginti ante obitum annis occasione sacræ Missionis, quam in Civitate Augustana peragebat; ibidem gravi morbo correptus esset, ac Patres Societatis illum Syracusas transferre vellent, casu quo ex ea infirmitate decederet, Cives Augustani non solum denegarunt se talem translationem permissuros; verum insuper facta conspiratione attendere noluerunt excomunicationem fulminatam ab Episcopo Syracusarum contra eos, qui illam impedituri erant, cumque Episcopus facto recursu ad Præfectum Armorum Syracusarum, armatos milites transmisisset, qui violenter Ven. Cadaver asportarent; Augustani habita hac notitia; arma et ipsi sumpserunt; ac præsidiariis custodibus oram marittimam tenuerunt, ne tres naves militibus onustæ accedere possent; hanc afferentes rationem = Non essere obligati ad obbedire, per-
„ chè quella era grazia, che ci haveva concessa Iddio Nostro Signore
„ di far morire un Santo in quella Città = *dicto num.* 31. §. 4. Irreparabile erat tumultus periculum, ni sanitas insperato a Servo Dei recuperata motus animorum utriusque Civitatis sedasset. Consimile quid accidisset in oppido Carini, ubi Servus Dei ultima infirmitate oppressus fuit, nisi Dominus illius Oppidi suos Subditos compressisset; *Summar. num.* 33. §. 136.

De pretiosa morte Servi Dei

131 Præscribitur in Decretis generalibus sa: mem. Urbani VIII. diligentissime investigandum esse Servorum Dei obitum sub ea ratione; quia = si finis vitæ illustris sit; et sanctimonia plenus, et publica
„ præsertim testificatione notatus argumentum erit, quod actiones
„ anteactæ poterunt esse sanctæ = Congruunt deducta per Secach. *de not.*, *et sign. Sanctitat. sect.* 5. *cap.* 6., et dixerunt etiam Auditores Rotæ *in Relatione* Sancti Hyacinthi *cap.* 3. §. *Sane mirum*, et Ven. Servi Dei Nicolai Factoris *tit. de obitu* §. *Nos igitur.* Utique si accurate expendantur tam antecedentes, quam subsequentes circumstantiæ mortis Aloysii, manifestum undequaque reddetur, eandem ex omni parte fuisse in conspectu Domini prætiosam; et sic ad confirmandam anterioris vitæ Sanctitatem directe conducere.

132 Postquam Ven. Dei Famulus de virtute in virtutem progrediens bonum certamen certaverat, et Christianæ perfectionis stadium alacriter decurrerat, vitæ suæ cursum in exercitio adjuvandi Proximos, prout indefinenter optaverat; *Summ. num.* 22. §. 67.; felicissimo fine consummavit, nam ex præcedentibus Missionum laboribus, et ærumnis attritus, ac pene fractus cum ad supra memoratum Oppidum Carini Panormo octodecim circiter miliariis distans se transtulisset, ut novam Missionem ibidem perageret; Cumque suæ salutis immemor,

post factam fervidam concionem, et asperam disciplinam sub aere aperto ad multam noctem immoratus esset in excipiendis sacris Confessionibus, lethalem contraxit pleuritidem. Morbo ingravescente Panormum relatus brevi ad mortis limen redactus est. Cum Patres in Ecclesiam descendissent, ut sacrum Viaticum ad illum deferrent, populus, qui in ingenti numero ibidem erat, agnito discrimine vitæ Servi Dei una voce inclamare cæpit = *Signore non ci levate il Santo*, ac deinde per notabile tempus lacrymis, et ejulatibus Ecclesiam replevit. Aloysius interim editis egregiis exemplis invictæ patientiæ in tolerandis mali molestiis, et cruciatibus, obedientiæ erga suos Moderatores, et sodales, charitatis præsertim erga captivos, quos unice, exclusis Nobilibus admittere volebat, humilitatis, religionis, devotionis erga Beatissimam Virginem, firme, ac certæ spei futuræ beatitudinis, extremis Sacramentis summa cum veneratione prævio susceptis, post recitata ea *Psalmi* verba „ *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in Domum Domini ibimus* „ inter communem suorum luctum ipse solus hilaris, viribus ad majorem Dei gloriam, et animarum salutem exhaustis, oculis in Christi Domini e cruce pendantis, ac Beatissimæ Virginis imaginem defixis, placidissime in osculo Domini expiravit in Domo Professa Panormitana Societatis Jesu nocte diei 21. Octobris anni 1656., prout pluries juxta supradicta prædixerat. *Summario num.* 8. §. 31. *num.* 10. §. 22. 42. *num.* 11. §. 112. *num.* 18. §. 142. 181. *num.* 19. §. 72. *num.* 21. §. 90. 91. *num.* 22. §. 33. 68. *num.* 26. §. 78. *num.* 33. *per totum*, *num.* 34. *sparsim*, *ac num.* 35. §. 42.

133 Pater Vitalis de Vitali, qui individuus per quamplures annos Servi Dei comes fuerat, eique morienti jugiter adstitit ita notabiliter deponit *Summ. dicto num.* 33. §. 94. *et seq.* „ Fissando amorosamen„ te gli occhi nel Santissimo Crocifisso etc: si pose in agonia, e non „ molto dopo spirò, restando con la faccia, e gl' occhi fissi in quel „ Signore, la cui maggior gloria sempre mirò, e in cui sempre te„ neva fissi gli occhi corporali in vita, con un volto di Paradiso, „ con la bocca ridente, che più tosto pareva in estasi, che morto. Simillimus propterea apparet felix transitus Servi Dei morti S. Malachiæ alias laudato, de quo S. Bernardus Abbas *vol.* 1. *cap.* 31. *num.* 74. hæc habet „ Malachias Episcopus, et Legatus Sanctæ Apo„ stolicæ Sedis, velut e manibus nostris assumptus ab Angelis, feli„ citer obdormivit in Domino, et vere obdormivit. Vultus placidus „ placidi exitus indicium fuit, et quidem omnium oculi fixi in eum: „ Nemo tamen, qui, quando exivit, advertere potuisset. Mortuus „ vivere, et vivens mortuus putabatur: adeo nil intercidit, quod al„ terutrum disterminaret. Eadem vivacitas vultus, serenitas eadem, „ qualis apparere solet in dormiente.

134 Sermonem autem faciendo de circumstantiis, quæ obitum consecutæ fuerunt ultra ea, quæ paulo infra in medium afferemus observandum est, quod ex *Summario* locis nuper allegatis constat, egregiam apparuisse Aloysii vultus formam, tractabilia, ac levia brachia, molles manus; et præterea tanta cum Sanctitatis opinione decessisse, ac talia fuisse, signa venerationis ab omni personarum genere erga illum exhibita, ut D. Vincentius Vianisi Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Panormitanæ sub jurejurando testari potuerit, *Summ dicto num.* 33. §. 41 *et seq.* „ ibi „ *Alla sua morte il Popolo, la Nobiltà, gl' Ecclesiastici, e Religiosi, e ogni sorte di persone ci concorsero con tali di-*

mo-

Digitized by Google

mostrazioni di affetto, e di concetto delle sue singolari virtù, che io non sò se si havesse potuto più operare con li Santi, li quali nell'antica Chiesa si Canonizavano a voce di Popolo = Ulterius non defuerunt ex gravioribus Societatis Patribus, qui pro certo habentes cælestem Aloysii gloriam, et beatitudinem, consueta Sacra *de requie* ad propitiandam ejus animam, nonnisi *sub conditione* celebrare voluerunt. Denique quanta in æstimatione, et veneratione sit in tota Societate pretiosus ejus Obitus, abunde colligitur ex elogio, quod juxta laudabilem hujus clarissimæ Religionis consuetudinem in pervigilio anniversarii ejusdem quotannis legi solet in universis ipsius Domibus, et Collegiis, quod elogium habetur per extensum, *Summ.* sæpe indicato *num.* 33. *pag.* 406.

De concursu ad funus, atque universali Fama Sanctitatis, et Populorum devotione post obitum, ejusque percrebescentia ad hanc usque aetatem.

135 Evulgato Venerabilis Aloysii transitu inexplicabile est, quantam in omnium animis commotionem causaverit, quantoque cum universali dolore, et luctu ejusmodi infausta notitia excepta fuerit; itaut jure de illo dici possit, quod de Samuele habetur 1. *Reg.* 28. 3., *planxitque eum omnis Israel.* Tempore, quo sacrum cadaver in Sacello privato Domus detentum fuit, in tanto numero Fideles illuc concurrerunt, ut rationabiliter verentur Patres, ne ex nimio confluentium pondere pavimentum disruptum cederet. Delato vero ad Ecclesiam eodem Ven. Corpore, non obstante pluvioso tempore immensa hominum ex omni cætu, ordine, et conditione etiam primariarum mulierum illius visitandi, ac venerandi desiderio abrepta undique convolavit, adeo ut similis concursus in dicta Ecclesia nunquam alias visus fuerit. Quisque illius manus reverenter osculari, precariis coronis tangere, aliaque eximiæ venerationis signa erga eundem exhibere certatim nitebatur. Id quod ut plene percipiatur satis erit perpendere ea, quæ de visu refert Dominus Abbas Bernardus Colle, et Campo, *Summ. num.* 37. §. 65., = ibi = Oltre quell' universale concorso di devozione, e venerazione, che tutti videro verso il suo corpo dopo morte, Io osservai una cosa stravagante in questa materia, cioè che avendo levato il Cataletto col corpo di sopra certi banchi, dove era stato posto il Cataletto = Tantum erat uniuscujusque studium habendi res illius pro insigni reliquia servandas, ac talis violentia facta fuit, ut dictum sacrum corpus, non valentibus comprimere impetum robustioribus Fratribus Coadjutoribus ad illius custodiam destinatis, sæpe nudum, direptis præ devotione vestibus, et tegumentis relictum fuerit. Quin non contenti devoti floribus, et pampinis super feretrum sparsis, ipsum funebre stragulum, ipsumque feretrum disjecerunt, ut illius frustula tamquam reliquias asservarent. Prout latius elicitur ex

concordi depositione Testium. *Summ. num.* 10. §. 13. 14. 42. 51. 52. 53. *num.* 16. §. 31. *num.* 18. §. 125. 139. *num.* 26. §. 69. 72. 73. 74. 79. *num.* 33. sparsim, signanter §. 1. 10. 32. 41. 42. 102. 103. 117. 122. *et seq.* 128. 129. 131. *et seq. num.* 34. *per totum, num.* 35. 36. *et* 37. item *per totum, num.* 39. §. 1. 5. 33. 39. 57. 62. 63. 68. 70. 92. 93. 104. 116. 123. 152.

136 Quibus ex locis respective itidem constat, quod ipsemet Reverendissimus Vicarius Capitularis, sede Archiepiscopali Panormitana vacante, utpote cui apprime perfecta erat egregia Aloysii Sanctitas, ac merita a nemine requisitus, et ex seipso mandavit Patribus Societatis, ut beatas tanti Viri exuvias in loco separato tumularent, quocirca in Sacello S. Francisci Xaverii, excluso tamen quolibet publici cultus signo collocatæ fuerunt, ut, cui tam similis in apostolicis ministeriis, et prodigiis vivens fuerat, post mortem quoque ad ejus gloriam accederet. Sepulto itaque tandem non sine magna difficultate Venerabili cadavere, non fuit æque consepulta memoria Servi Dei, sed ejus Fama nunquam interrupta, et ubique tam intra, quam extra Siciliam, et apud dissitas quoque Nationes diffusa in suo semper flore, et splendore permansit. Nulla tempore imminuta est frequentia concurrentium ad dictum tumulum, cujus non pulverem modo, sed et ipsos lateres cum Devoti præriperent, coacti fuerunt Moderatores Societatis lapidem marmoreum illi superponere. Non defuerunt illustres visiones de immensa gloria, qua in cælo perfruitur tum a celebri Serva Dei Maria Crucifixa a Conceptione, tum ab aliis habitæ *Summ. num.* 34. §. 128. *et seq. num.* 39. §. 24; 25., et alibi. Cubiculum, in quo gloriosam exhalaverat animam conversum fuit in Sacellum Sacramentale, dicatum S. Ursulæ, in cujus Festo die 21. Octobris juxta supradicta decessit, quo die recurrente ex inveterata consuetudine ibidem quotannis proponi solet meditatio super virtutibus ipsius Servi Dei *Summ. num.* 33. §. 125 126. 130. Sic etiam loculus, in quo ejus, dum viveret, indusia reponebantur, in veneratione habetur. Quisque illum appellat Sanctum, et unum ex insignioribus Societatis Heroibus. Qui ipsum noverant, tractaverant, aut hospitio exceperant de hac eadem re non mediocriter gloriabantur.

137 Constat ulterius, quod Poemata, orationes panegyricæ, et cantiunculæ spirituales passim in ejus laudem compositæ fuerunt *Summar. num.* 39. §. 83. Ipsi Aloysii Socii, ob ejus memoriam in summa tam apud Populos, quam apud Antistites habebatur veneratione. Quot illius imagines confectæ, ac distributæ fuerint indo coniicitur, quod in Musæo Collegii Panormitani Societatis Jesu asservantur septemdecim diversæ formæ incisæ earumdem. Coæqualis famæ Sanctitatis est ferventissima populorum devotio erga ipsum, et viva fiducia in ejus meritis, quæ non secus ac eadem Fama a limpidis fontibus, a personis scilicet non suspectis, sed gravibus, et prudentibus exorta, et Servi Dei Virtutibus, ac Miraculis fundata nunquam deferbuit, aut imminutionem aliquam pasta est. Quilibet Aloysii patrocinium implorabat: In magna habentur devotione ejus Breviarium, sanguis, pileus, vestes, sudariola, birretum, capilli, ungues, dentes, gingivæ, ossiculi ex ore extracti, flores, et folia supra exanime corpus sparsa, aliaque similia. Circa quas Reliquias qualis, et quanta fuerit Fidelium reverentia, ultra ea, quæ retuli-

Digitized by Google

mus §.3. et 129.; desumitur *ex Sum. n.*37.§. 27., *et seqq.* ubi hæc habet Testis LXIV. = Quì in Palermo poco dopo la morte del Padre la „ Nuza venne uno da me per confessarsi, e disse, che ciò faceva perchè „ avendo domandato qualche cosa usata dal Padre La Nuza, e già offer- „ tagli, non avea voluto accettarla prima di confessarsi. Di più che „ non era venuto prima a bagiargli la mano, come gl'altri facevano „ per sentirsi gravata la coscenza, stimandosi indegno, come egli dice- „ va d'accostarsi colla coscenza immonda a quel gran Servo di Dio; „ Altri essendo infermi, volendo prender per bocca qualche pezzetto „ della Veste, o Camiscia del Padre La Nuza, si son prima confessati, „ e communicati, e poi a digiuno per più riverenza l'han preso. Che „ se tal'ora alcuno non ricevea la grazia con applicarsi qualche cosa „ del Padre La Nuza attribuiva a sua culpa il non esser degno, e cer- „ cava disporsi con atti di dolore, e fermo proposito di confessarsi.

138 Ad extremum omittere non possumus in hoc rerum themate tum ea, quæ de facto proprio perhibet Testis XXXIII. Processus Informativi Panormitani anni 1667. qui loquens de domo, quam Aloysius adhuc secularis incoluerat, testatur *Samm. num.* 7. §. 5. ibi = Io posso di- „ re, che ei ho tanta devozione, che dopo la morte di detto Padre La „ Nuza quando passava per la casa dove lui stava; bagiava per devo- „ zione la porta, e li lati di quella dove quel gran Servo di Dio tante „ volte passò, e toccò con le sue mani = tum alia, quæ deponit Te- stis XI. Processus Apostolici ne pereant probationes eodem Summ. num. 36. §. 44. et seqq. ibi = Che nutrisce particolar divozione, ed „ affetto in verso la memoria dell'anzidetto Padre La Nuza, e confes- „ sa candidamente venir tirato a tale divozione, perchè riconosce, che „ la providenza del Signore ha disposto, che del suddetto Padre La Nu- „ za si conservi una viva, e fresca memoria, e di lui se ne parli con di- „ vozione in tutti i luoghi, e da tutte le persone in una maniera par- „ ticolare, il che Iddio non ha permesso con ugual successo di tanti „ altri celebri Servi del Signore della stessa Compagnìa passati a mi- „ glior vita dopo, o prima che morisse il suddetto Padre La Nuza, „ dei quali se ne sa la storia, ma non se ne conserva la memoria „ con ugual impressione, che si conserva del Padre La Nuza = Qui- bus omnibus attentis Sanctitati Aloysii congruere videntur, quæ ha- bentur *Sapient.* 4. 1. = Immortalis est memoria illius, quoniam et „ apud Deum nota est, et apud Homines. „

De Miraculis post mortem

139 Quamvis Miracula post obitum patrata non sint præsentis inspectio- nis; et indaginis, quæ unice restringitur ad Virtutes heroicas Ven. Aloysii, ut et illorum Catalogum contexere, ad hoc attamen non abs re ducimus hæc etiam summatim attingere, Reverendissimi Suffra- gantes plane intelligant, Sanctitatem Servi Dei Divinitus quoque fuisse comprobatam, et in dies magis, magisque comprobari; nam ut scite advertit S. Gregorius *lib.* 3. *Dialogor. cap.* 6. = *Quemadmo- dum vita animæ in corpore existentis cognoscitur per motum mem- brorum, ita quoque vita animæ e corpore egredientis ex Miraculis cognoscitur.* = Consonat tum S. Augustinus *Epist.* 205. ibi = *Contestan- tur mirabilia opera Sanctitatem suam*; tum S. Thomas *part.* 1. *quæst.* 110. *art.* 4. *ad* 1., et S. Bonaventura *in com. Theolog. tra-*

etat. 8. *quæst.* 30., et firmant Scæchus *de not. et sign. Sanctitat. sect.* 8. *cap.* 1. *pag.* 569. Card. Laurea *in* 3. *sentent. tom.* 4. *disput.* 20. *de Miracul. art.* 4. *num.* 1119. Auditores Rotæ in Relatione S. Hyacinthi *cap.* 3. *de Miracul.* S. Paschalis Baylon in 2. Miracul., S. Andreæ Corsini penes Lezanam *consult.* 1. *num.* 241., S. Franciscæ Romanæ *parte* 3. *art.* 1. *de Miraculis in genere*, ac S. Caroli Borromæi *part.* 3. *in princip.* Sciendum itaque est, quod ab ipso momento felicissimi transitus Servi Dei ad hanc usque nostram ætatem nunquam destitit Altissimus innumera edere Miracula, et Gratias ad illius invocationem, aut applicationem reliquiarum ejusdem, quemadmodum colligitur tam ex his, quæ uno ore deponunt Testes in præsenti *Summar. num.* 9. §. 157. *num.* 10. §. 43. *num.* 11. §. 113., *num.* 21. §. 109. *num.* 23. §. 14. *et seqq. num.* 24. §. 27. *num.* 26. §. 79. *num.* 27. §. 16. *num.* 30. §. 10. *num.* 31., *et* 34. *sparsim num.* 36. §. 18., *n.* 38. *et* 39. *per tot.*, quam, et luculentius ex factis particularibus, quæ recensere aggredimur, in quibus tamen non admodum circa probationes immorabimur, cum uti unicuique notum est, nequaquam hic, et nunc requiratur ea rigorosa, et plena probatio, quæ in hoc articulo exigi solet, quando Miracula sub suo congruo, et specifico dubio examini subjiciuntur.

I. Sovor Sebastiana Tudisco Monialis sub habitu Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo intestinali ruptura per 17. circiter annos dire vexata, quæque in deterius dietim ruebat, die obitus Ven. Patris, admoto parti affectæ pampino, qui sacrum cadaver tetigerat, ex templo sanam se comperit, dissipato instantanee notabili tumore, qui apparebat. Comprobant hoc insigne Miraculum ipsa sanata de facto proprio *Summ. dicto num.* 38. §. 11. *et seqq.*, nec non quatuor Medicinæ, et Chirurgiæ Professores in eorum voto, seu qualificatione ibidem indicata.

II. Famulus nobilis Mulieris Messanensis sævo, et incurabili cancro in crure afflictus per applicationem particulæ vestis Servi Dei illico valetudinem recuperat, *Sum. dicto num.* 38. §. 1. *et* 2.

III. et IV. Angela Boughir ancipiti morbo oppressa applicita Imagine papyracea Servi Dei incolumis e lecto surgit. Cumque hæc eadem imago inadvertenter in ignem decidisset, et in illo per aliquod temporis spatium permansisset, illæsa, et intacta cum aliis portentosis circumstantiis non sine omnium admiratione reperta est. *Summ. d. num.* 38. §. 5. *et seqq.*

V. Hieronymus Castilluzzo Adolescens vitiis apprime deditus, et absque ulla emendationis spe in perditionem citato gressu ruens, Aloysio a propria Genitrice fervide commendatus, mirabiliter resipiscit, ac Religionem ingreditur, in qua constanter perseverat. Perhibet de hoc insigni prodigio Joanna Castilluzzo illius mater de visu, et facto proprio *Summ. d. num.* 38. §. 23. *et seqq.* Quo loco subjicit, se pluris hoc Miraculum facere, quam ipsam Mortuorum resuscitationem sub hac ratione ibi = *pirchj allu mortu si risuscita lu corpu, e cu quista mutazioni si risuscita l'anima* = Quæ assertio adamussim congruit cum his, quæ scribit S. Gregorius Papa *Homil.* 29. *in Evangel.* ubi loquens de ejusmodi Miraculis, ponderat = *Quæ nimirum Miracula tanto majora sunt, quanto spiritualia, tanto majora sunt, quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur.*

VI. Infans Joseph Gisone ex apostemate in auricula dextra cum gravi febre, ac sævis doloribus conjuncto ad extremum vitæ articulum redactus

Digitized by Google

dictus, nihil proficientibus medicamentis adhibitis, applicato frustulo subuculæ, et vestis Servi Dei, in istanti perfecte convalescit. Enarrat hanc prodigiosam sanationem de visu, et facto proprio ipse Genitor Infantis *Summ. num.* 38. §. 32., *et seqq.*

VII. Franciscus Pica per octo annorum decursum laboraverat inveterato fistuloso ulcere in aure dextra, ex quo purulenta materia intolerabilem fœtorem emittens jugiter emanabat, applicito parti affectæ frustulo vestis Servi Dei instantanee sanus redditur, prout de visu, et facto proprio respective testatur mater Sanati *Summ. d. num.* 38. §. 44. *et seqq. et* §. 151. *et seq.*

VIII. Guglielmus Ragona die funeris Servi Dei per applicationem ejus Reliquæ repente liberatus fuit à sæva hernia, seu intestinali ruptura, qua per diuturnum triginta trium annorum spatium misere divexatus fuerat *Summ. num.* 38. §. 54. 149. 150., *et* fusius *num.* 39. §. 125. *et seq.*

IX. Eodem die Infantulus filius Felicis Siracusa in mortis limine constitutus, pristinam recuperat valetudinem mediantibus floribus supra cadaver Aloysii sparsis. *Summ. d. num.* 38. §. 53.

X. Clericus D. Philippus Carnabuci deglutita Reliquia Servi Dei immunem se reperit a febre, qua prius quolibet die aggredi solebat. *Summ. d. num.* 38. §. 58. *et seqq.*

XI. et XII. Consimilis sanatio obtenta fuit mediante Reliquia S. D., ejusque invocatione tum a Clerico D. Carmino Bua, qui febre quartana, tum a Francisco Pinnisi, qui pariter febre per plures menses afflictus fuerat, *dict. num.* 38. §. 61. *ad* 64.

XIII. XIV. XV. et XVI. Quædam mulier deglutiendo Reliquiam Ven. Patris eximitur a gravi capitis dolore, et suorum peccatorum reminiscitur. Hoc eodem medio tam duæ aliæ mulieres nomine Francisca di Bella, et Maria Pizzo, quam puella Laurentia Pizzo perfecte extricantur a quotidiano morbo, seu febre, quæ in hac secunda conjuncta erat cum palpitatione cordis, *d. num.* 38. §. 65. *ad* 78.

XVII. Agata Lo Presti tertiana febre alterno quoque die invadente vexata, adhibita Reliquia Servi Dei incolumis redditur. *Summar. dicto num.* 38. §. 74.

XVII. Antonia Zappala brachii dolore ad multos dies excruciata, applicando parti affectæ Relquiam Servi Dei, statim dolor evanescit. *Summar. dict. num.* 38. §. 75. *et seqq.*

XIX. Rosa La Casta ex partu difficili, et periculoso in vitæ confinio constituta, applicita subucula Aloysii, apostolicum ejusdem sudore imbuta, quam ceu pretiosum thesaurum penes se conservabat, illico fœtum feliciter emittit. Mediante eadem Reliquia quamplurimæ puerperæ Civitatis Termini a similibus difficilibus partubus cum incolumitate tum ipsarum, tum fœtuum et liberatæ fuerunt præteritis temporibus, et dietim in præsenti liberantur. *Summ. num.* 36. §. 22. *et seqq.*

XX. et XXI. Ad contactum item Reliquiarum Ven. Patris tam Agata Cristando, quam Anna La Gana incolæ Oppidi vulgo Mascali impotentes emittere fœtus, confestim pepererunt. *Summar. num.* 38. §. 79. *ad* 86.

XII. Puer quadriennis filius Marci Antonii Patania ad iteratam applicationem dictarum Reliquiarum, a gravi diuturna febre eximitur. *Summar. num.* 38. §. 87. *et seq.*

XXIII. D. Paulus Cannavo ad contactum indusii Servi Dei obtinet prodigio-

digiosam sanationem a mortali ægritudine, quæ juxta concordes Medicorum prognosticum prorsus incurabilis erat. *Summario num.* 38. §. 89. *et seqq.*

XXIV. Catharina Labruzzo a malignis spiritibus obsessa, delata ad tumulum Servi Dei liberam se comperit, *dicto num.* 38. §. 93. *et seqq.*

XXV. Rosa Binello ex gravi gutturis morbo atrocissimis doloribus stipato in proximo mortis periculo constituta, adhibita Reliquia Servi Dei, eoque iterum, iterumque invocato, immediate somno corripitur, ac viso inter dormiendum Aloysio, statim expergefacta, sanam se reperit. *Summario dicto num.* 38. §. 97. *et seqq.*

XXVI. Infantula, filia Hieronymæ Messanensis hernia pene insanabili laborans, implorata ope Servi Dei, et alligata parti affectæ Reliquia ejusdem, pristinam recuperat valetudinem, *Summario eodem num.* 38. §. 105. *et seqq.*

XXVII. et XXVIII. Duæ timoratæ, et honestæ mulieres gravissimo morbo infectæ per applicationem particulæ indusii Servi Dei, integræ sanitati restituuntur. *Eodem num.* 38. §. 110. *et seqq.*

XXIX. Ignatius Rocco per quinque continuos annos acri dolore in genu agitatus, applicita Reliquia Aloysii confestim se liberum sentit, *dicto num.* 38. §. 113.

XXX. Hoc eodem medio Gratia Salerno copiam laetis, cujus defectu antea laborabat, acquirit ad enutriendam suam prolem, *sæpedicto num.* 38. §. 114. *et seqq.*

XXXI. D. Honuphria Moscon in partu difficili constituta, et acerbissimis cruciatibus in toto corpore vexata, admota sibi epistola a Ven. Patre conscripta, cessatis illico doloribus, puerulum feliciter enititur. *Summario dicto num.* 38. §. 117. *et seqq.*

XXXII. et XXXIII. Consimilem gratiam deglutitis Reliquiis Servi Dei obtinuerunt tum Rosalia di Termini, tum Margarita Campisi, quarum hæc ultima doloribus partus per quinque continuos dies divexata, non obstantibus omnibus humanis remediis in usum deductis, nullo pacto fætum in lucem emittere poterat, implorato autem Aloysii patrocinio, immediate peperit. *Summario dicto num.* 38. §. 120. *ad* 128.

XXXIV. Antonius Piparo tamquam reus homicidii a satellitibus conquisitus, invocato Servo Dei in antro abditus absque cibo per triduum vivit, ac deinde præter omnem spem, delicti veniam, ac remissionem obtinet; veluti de facto proprio deponit ipse Antonius *dicto num.* 38. §. 129. *et seqq.*

XXXV. Nobilis mulier Salomea Trigona in istanti liberatur ab acerbissimo tibiæ dolore ad applicationem Orologii solaris, quo Dei Famulus usus fuerat, *dicto num.* 38. §. 135. 136.

XXXVI. Honuphrius Rizzo gravi oculorum affectione vexatus admota parti portiuncula vestis Servi Dei, somno corripitur, in quo apparente sibi Aloysio, eodem momento oculos aperuit, ac visum perfectissime recuperavit, *dicto num.* 38. §. 137. *et seqq.*

XXXVII. D. Joannes de Medrano applicita particula subuculæ Ven. Patris ab urinæ morbo extricatur, *dicto num.* 38. §. 140.

XXXVIII. Joanna d'Elia osculando manum ven. cadaveris in templo exposiiti se liberam sensit a gravi capitis dolore, cumque jejuna per totum diem exequiarum in ipsa Ecclesia perstitisset, domum reversa, prodigiose reperit monetam ad victum necessariam, *dicto num.* 38. §. 142. *et seqq.*

XXXIX.

Digitized by Google

XXXIX. Vincentia de Sancio luxata in manù sinistra, post adhibita incassum plura remedia, supra tumulum Servi Dei supplex manum collocans, immediate pristinam recuperat valetudinem, *dicto num.* 38. §. 145. *et seq.*

XL. Catharina Marchisa post partum prospere editum supervenientibus sævissimis ventris doloribus, admoto parti frustulo vestis Aloysii non sine omnium stupore protinus caput lupi emittit, *dicto num.* 38. §. 153. *et seq.*

XLI. Mulier nomine Gratia mediante particula indusii Servi Dei immunem se comperit a sævo dolore in genu, *sæpedicto num.* 38. §. 157. *et seq.*

XLII. Puer Leonardus Mangio ex hernia diris symptomatibus, et doloribus stipata ad deplorabilem statum redactus, nihil proficientibus medicaminibus applicatis, implorato auxilio Ven. Patris, et imposita loco rupturæ, ejusdem imagine, prævia apparitione istius in somnis, sanitati restituitur, *eodem num.* 38. §. 159. *et seq.*

XLIII. Ad applicationem particulæ indusii Servi Dei repente cessavit profluvium sanguinis; ex quo Hiacynthus La Vela in proximo mortis periculo constitutus reperiebatur, *eodem num.* 38. §. 169. *et seq.*

XLIV. Mediante simili reliquia Octavius Provenzano sanatus fuit ab intestinali ruptura, quam per quatuor circiter annos perpessus fuerat, *Summ. dicto num.* 38. §. 172. *et seq.*

XLV. et XLVI. Francisca Giubilaro acerbissimis dentium excruciata doloribus, adeout ne cibum quidem sumere valeret, admota parti affectæ particula indusii Servi Dei, obdormiscens, videt in somnis Ven. Patrem, a quo instructa de quodam remedio adhibendo, isto utitur, et illico sana redditur. Ex cujus remedii usu quamplures alii ab eodem dolore dein liberati fuerunt. Prout et ad applicationem prædictæ particulæ indusii Angela Giubilaro Sorer dictæ Franciscæ liberata fuit a sævissimo lateris cruciatu, quo per spatium quinque annorum divexata fuerat. Quæ omnia concludenter comprobantur, *dicto num.* 38. *a* §. 175. *ad* 192.

XLVII. Antonius Pecora adhibita eadem Reliquia Servi Dei perfectæ convaluit a gravi febre, pessima symptomata, et paroxismos producente, quæ a Medicis incurabilis pronunciata fuerat, *dicto num.* 38. §. 187. 193. *et* 194. *ad* 198.

XLVIII. Antonia Streva impotens fœtum emittere, et ad deplorabilem statum redacta, admota particula vestis Aloysii in instanti infantem mortuum progignit; veluti de facto proprio perhibet ipsa Antonia *eodem num.* 38. §. 199. *et seq.*

XLIX. Antonius filius Angelæ Russæ febre cum delirio miserrime jactatus, adeout remediorum incapax reputaretur, applicita Reliquia Servi Dei, sanitatem mentis, et corporis confestim recuperat. Testatur de hoc facto prænominata ejus mater sæpe allegato *Summar. num.* 38. §. 204. *et seq.*

L. Hoc eodem medio perfecte sanatus fuit Cæsar Balistreri Civitatis Nari a suavissimo lateris dolore, quo miserandum in modum conflictabatur. Deponit sanatus de facto proprio *eodem num.* 38. §. 208. *ad* 214.

LI. Pater Joseph Maria Nobile Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci, invocato Servo Dei liberatus fuit a doloribus viscerum, quibus affligebatur, *dicto num.* 38. §. 220. 221.

LII. Genitrix D. Aloysii Pisano dum ipsum Aloysium in lucem editura erat summa partus difficultate premebatur. Implorato pat ocinio

Ser-

Servi Dei, cessat omnis pariendi difficultas; cumque fœtus esset informis, facto iterum recursu ad eumdem Servum Dei, Infans perfecte conformatur, *eodem num.* 38. §. 222. *et seq.*

LIII. Pater Joseph Cajola Soc. Jesu diuturna spiritus ariditate contabescen statim ac de mandato Superiorum colligere cæpit notitias ad Ven. Aloysium spectantes, depulsa ariditate supernis luminibus, et extraordinariis gratiis repeletur, *eodem num.* 38. §. 225. 226.

LIV. Catharina Russo per invocationem, et Reliquiam Servi Dei protinus immunem se sensit a gravissimo stomachi dolore, quo per diuturnum temporis spatium excruciata fuerat, *sæpe indicato numer.* 38. §. 227. 228.

LV. Maria Lo Judici recurrendo ad auxilium Servi Dei, et apprehensa ejusdem manu, dum Ven. cadaver adhuc expositum in Ecclesia extabat liberata fuit a doloribus arteticis, a quibus per longum tempus dire vexari solebat. Perhibet de facto proprio ipsa sanata; necnon de visu, et auditu respective ejus germanus Frater *Summar. num.* 39 §. 1. *ad* 7.

LVI. Christina de Rocco applicita Reliquia Servi Dei instantanee liberata ab acerbissimo illorum dolore, quibus a multo tempore non sine vitæ periculo conflictata fuerat, perfectæ sanitati restituta est. Contestantur hoc Miraculum ipsa sanata de facto proprio, atque alia Testis de visu in omnibus, *Summar. dict. num.* 39. §. 8. *ad* 16.

LVII. Puer Petrus Cotta in instanti perfecte sanatus fuit a lethali vulnere in naribus, et capite mediante applicatione Reliquiarum Servi Dei, et ejusdem apparitione. Comprobat hujus insignis Miraculi subsistentiam, ac relevantiam Genitores pueri, necnon puer ipse; omnes de visu, et facto proprio respective, *Summar. dict. num.* 39. *post* §. 16. *ad* 17., et congruunt qua Medicus, qua Chirurgus in eorum relationibus, seu votis ibidem indicatis.

LVIII. Puer Ignatius Pulci in lucem editus fuerat cum enormi cranii divisione, et mollitiæ, quæ pro incurabili habebatur, et atroces causabat dolores, applicatis Reliquiis Servi Dei, insperato gratiam miraculosæ sanationis obtinuit, veluti concludenter comprobatur per Testes oculatos, *Summ. dict. num.* 39. §. 28. *ad* 39.

LIX. Puerulus Franciscus Pianello ad contactum Imaginis Ven. Patris instantanee sanatus fuit ab hernia intestinali, qua per notabile temporis spatium laboraverat, *Summ. eod. num.* 39 §. 40. *ad* 51.

LX. Catharina Papa ex meritis ejusdem Servi Dei eximitur a molesta viscerum affectione cum doloribus, *Summar. dict. num.* 39. §. 52. *ad* 61.

LXI. Anna Piotta tempore, quo exequiæ Dei Famulo peragebantur, ad contactum pedum, et invocationem ejusdem, facultatem visivam a multo jam tempore deperditam in instanti recuperat. Legitima, et plena hujus prodigii probatio habetur *Summ. eod. num.* 39. §. 62. *ad plures seq.*

LXII. Catharina Lagrotta quinquennis Puella per intercessionem Servi Dei illico sanata fuit a diuturna, et lethali cæcitate, aliisque complicatis morbis, *Sum. eod. num.* 39. §. 79. *ad* 90.

LXIII. Sebastianus Siracusa Infans ad extremum vitæ periodum redactus per invocationem Servi Dei, ejusque Reliquiarum applicationem perfecte convalescit, *dict. num.* 39 §. 91. *ad* 102.

LXIV. Elisabeth Adorno, implorata ope Servi Dei, ed adhibitis ejusdem Reliquiis, ex templo liberata fuit a sævissimis doloribus cum periculo

Digitized by Google

LXV. Puella Rosaria de Blasi delata ad tumulum Servi Dei, eodemque invocato immediate se totaliter sanam reperit a contumaci intestinali ruptura, qua per diuturnum tempus afflicta fuerat. *Summario dicto num.* 39. §. 117. *ad* 124.

LXVI. Honuphrius Ignatius Rizzo nobilis Infans lethali morbo correptus, mediante Imagine Servi Dei, et recursu ad ejus opem incolumis redditur, *sæpedicto num.* 39. §. 127. *ad* 137.

LXVII. Nobilis Adolescens D. Xaverius Cattano cum ex pleuritide a Medicis conclamatus animam jam jam exhalaturus esset, applicata Reliquia Servi Dei ad pristinam redit valetudinem. *Summario eodem num.* 39. §. 138. *ad* 145.

LXVIII. Denique sub silentio præteriri non debet stupendum prodigium, quod contigit in ordine ad effigiem Servi Dei papyro impressam, quæ inter voraces flammas, omnibus aliis rebus ex ignis violentia consumptis, sola illæsa remansit, veluti de visu, et facto proprio respective deponunt Testes, *sæpedicto num.* 39. §. 146. *ad* 154.

E P I L O G U S

140. Vidimus heroicas Ven. Aloysii La Nuza, quas dum vixit, exercuit, virtutes; vidimus insignem ejus Sanctitatis famam longe lateque penes omne personarum genus diffusam, altisque radicibus defixam; vidimus gratias gratis datas, quibus a cælesti luminum Patre fuit abunde cumulatus; vidimus tandem stupenda prodigia, et miracula non minus in ejus vita, quam post obitum patrata: nil igitur restat ulterius, nisi quod celeberrimus, et undequaque admirandus Siciliæ Apostolus tanta a Deo gloria non minus in Ecclesia militanti, quam in triunphanti decoratus, accedente ineluctabili Sedis Apostolicæ oraculo publico Ecclesiastico cultu adorandus proponatur.

Quare etc.

Joannes Baptista Alegiani.

R E V I S A

Joannes Prunettus Sub-Promotor Fidei.

R E V I S A

A. M. Frattini S. R. C. Assessor, et
S. Fidei Promotoris Coadiutor.

And. M. Frattini ut sup.

Digitized by Google

Digitized by Google

PANORMITANA

BEATIFICATIONIS, ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

ALOYSII LA NUZA

SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS JESU

SUMMARIUM

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Charitate in Deum, et in Proximum, nec non Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in casu, et ad effectum etc.

Ex Processu Informativo constructo Panormi anno 1667, et seqq, et in Processu Apostolico Panormitano Compulsato.

Num. Primo. Catalogus Testium in Processibus Ordinariis examinatorum.

§ 1.
Testes Processus Informativi Panormitani confecti anno 1667. et seqq.

I. Testis Adm. Rev. Pater Joseph Ventimiglia Sacerdos Professus Societatis Jesu ætatis annorum 53. *Pr. f.* 541 *t. ad f.* 567. *t.*

II. Adm. Rev. Pater Horatius Giantomasi Sacerdos Professus Societatis Jesu annorum . . . . *Proc. fol.* 569. *ad* 575.

III. Adm. Rev. Pater Carolus Bastone Sacerdos Professus Societatis Jesu ætatis annorum 47. *Pr. f.* 575. *t. in fine ad f.* 588.

IV. Adm. Rev. P. Petrus Rizza Sacerdos Societatis Jesu ætatis annorum 46. *Pr. f.* 575. *t. in fine ad f.* 588.

V. Fr. Franciscus Tortorelli Coadjutor Temporalis Societatis Jesu, ætatis ann. 48. *Pr. f.* 565. *ad f.* 600. *t.*

VI. Fr. Leonardus Capi Coadjutor Temporali Societatis Jesu, ætatis annorum 59. *Pr. f.* 601. *ad* 612.

VII. Rmus Dominus D. Vincentius Vianisi Canonicus Cathe-

dralis Ecclesiæ Panormitanæ, Abbas Sancti Joannis l'Eremiti, ætatis annorum . . . . . *Pr.* f. 616. *ad* 620 *t.*

VIII. D. Francisca Parisii Vidua quondam D. Francisci Parisii ætatis annor. 45. circiter *Pr. f.* 621. *t. ad f.* 627. *t.*

IX. P. Fr. Bernardus Maria de Sancto Vito Sacerdos Professus Strictioris Ordinis Discalceatorum S. Augustini ætatis annor. 60. circiter *Pr. f.* 629 *ad f.* 632.

X. R. P. Fr. Alexander a Sancto Francisco de Paula Sacerdos Professus strictioris Ordinis Discalceatorum S. Augustini ætatis annor. 67 circiter *Pr. f.* 632. *terg. ad f.* 635.

XI. P. Fr. Marcus de Sancta Rosalia Sacerdos Professus strictioris Ordinis Discalceatorum Sancti Augustini ætatis annor. 63. circiter *Pr. f.* 635 *t. ad* 638.

XII. Soror Sebastiana Tudisco Monialis sub habitu Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo ætatis annorum 55 circ. *Pr. f.* 638 *t. in fine ad* 644. *t.*

XIII. Soror Joanna Castilnzzo Vidua quondam Julii Monialis sub habitu S. Francisci, ætatis annor. 40 circ. *Pr. f.* 648. *t. ad* 652 *t.*

XIV. Maria Lozudici, ætatis annor. 45. circiter *Proc. f.* 654 *ad* 656.

XV. Adm. Rev. Dominicus Salvator de Amico, ætatis annor. 64. *Pr. f.* 656 *t. in fin. ad* 658.

XVI. Carolus Circo, ætatis annor. 50. circ. *Pr. f.* 659 *in fin. ad* 662.

XVII. Horatius Valenti, ætatis annor. 60 circit. *Pr. f.* 662 *t. in fin. ad* 668.

XVIII. Magdalena Greco, ætatis ann. 40. circiter *Pr. f.* 669 *ad f.* 671.

XIX. Carolus Greco, ætatis annorum 50 circ. *Pr. f.* 671 *t. in fine ad* 675.

XX. Franciscus de Alexandro, ætatis annor. 95. circ. *Proc. f.* 675 *t. ad* 677. *t.*

XXI. Christiana de Rocco Vidua quondam Jacobi, ætatis annorum 45 circ. *Proc. f.* 678 *t. ad* 680. *t.*

XXII. Hieronyma Faraguina Vidua quondam Vincentii, ætatis ann. 50. circiter *Pr. f.* 681. *ad* 683 *t.*

XXIII. Simon Pronuntius, ætatis annor. 46 circ. *Proc. f.* 684. *ad* 686.

XXIV. Maria Caccioppo Vidua quondam Petri, ætatis annorum 56. circ. *Pr. f.* 688. *ad* 698. *t.*

XXV. Joseph. de Anselmo, ætatis ann. 40 *Pr. fol.* 699. *ad* 701. *t.*

XXVI. Soror Catharina Ruffo Vidua quondam Didaci Amadei Monialis Tertii Ordinis S. Francisci, ætatis ann. 73 circ. *Pr. f.* 702. *ad* 705 *t.*

Digitized by Google

XXVII. Antonius de Anselmo, ætatis annorum 59 circ. *Pr. f.* 706 *t. ad* 712.

XXVIII. Joseppa Massarachia, ætatis annor. 35 circ. *Proc. f.* 712 *t. ad* 718.

XXIX. Adm. Rev. P. Philippus Settimo Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætatis annor. 54 *Pr. f.* 732 *t. ad* 737

XXX. Rev. P. Placidus de Bartolo Religiosus Soc. Jesu, ætatis annorum 23 *Pr. f.* 737 *t. ad* 740.

XXXI. Fr. Franciscus Sansone Coadiutor Temporalis Soc. Jesu ætatis annor. 27 *Pr. f.* 741. *ad* 749 *t.*

XXXII. Carolus La Vota, ætatis annorum 50. *Proc. f.* 747. *ad* 752.

XXXIII. D. Octavius Gisone Procurator Magnæ Curiæ, ætatis annor. 85. circiter *Pr. f.* 753 *ad* 756 *t.*

XXXIV. Octavius Cotta, ætatis annorum 41 *Pr. f.* 757. *t. ad* 762 *t.*

XXXV. Isabella Cotta, ætatis annor. 41. *Process. f.* 762. *ter. ad* 765.

XXXVI. Petrus Cotta, ætatis annorum 16. circiter. *Process. f.* 765 *t. ad* 769. *t.*

XXXVII. Margarita Pulci, et Virga, ætatis annorum 40. circiter *Pr. f.* 778 *ad* 781 *t.*

XXXVIII. Vincentius Pulci, ætatis annorum 31, circiter *Pr. f.* 781 *ad* 785. *t.*

XXXIX. Soror Maria Magdalena La Grua Monialis S. Theresiæ ætatis annorum 94 *Pr. f.* 796 *ad* 799. *t.*

XL. Adm. R.P.F. Felix a Ponormo Prior Conventus Montis Sancti Urbis. Panormi Ordinis Carmelitarum, ætatis annorum 42 *Pr. f.* 800 *t. ad* 805 *t.*

XLI. R. P. Fr. Dionysius a Catana Sacerdos Religiosus primi Instituti Ordinis Carmelitarum Montis Sancti, ætatis annorum 43. *Pr. f.* 806 *ad* 808 *t.*

XLII. D. Vincentius Chianello, ætatis annorum 47 *Pr. f.* 810 *t. ad* 814 *t.*

XLIII. Fr. Sebastianus Pianello Novitius Coadiutor Soc. Jesu, ætatis annorum 22. circiter. *Process. fol.* 815 *ad* 819. *t.*

XLIV. D. Hieronyma Pianello, ætatis annor. 40 circit. *Proc. f.* 819 *t. in fine ad* 822 *t.*

XLV. Soror Anna Chianello Monialis Tertiaria Sancti Francisci, ætatis ann. 25 circ. *Pr. f.* 823 *t. ad* 825 *t.*

XLVI. D. Margarita Catalano Vidua quondam Mauri, ætatis annor. 40. circiter, *Pr. f.* 831 *t. ad* 836.

XLVII. Antonia Spatafora Vidua quondam Cæsaris, ætatis annorum 80 circiter *Process. f.* 836. *t. ad* 838. *t.*

Digitized by Google

XLVIII. Catharina Papa, ætatis annor. 26 circ. *Pr. f.* 839. *t. ad* 841 *t.*

XLIX. Isabella Leggio, et Papa Vidua, ætatis annor. 64 cir. *Pr. f.* 842 *ad* 844 *t.*

L. Rosalia Leggio, ætatis annor. 40. circiter *Proc. fol.* 845. *t. ad* 847.

LI. Adm. R. D. Franciscus Fischetti, ætatis annor. 67 circ. *Pr. f.* 847 *t. ad* 849.

LII. Anna Piotta, ætatis annor. 24 circiter *Process. fol.* 851 *ad* 855.

LIII. Catharina Badolato Vidua quondam Blasii, ætatis annorum 50 *Pr. f.* 855 *t. ad* 860.

LIV. Leonardo Gallina, ætatis annor. 40 circ. *Pr. f.* 861. *ad* 863. *t.*

LV. Catharina Auguglià, ætatis annor. 40 circ. *Pr. f.* 864. *ad* 866. *t.*

LVI. Soror Ignatia Pica Monialis habitus Sancti Benedicti; ætatis ann. 55. circ. *Pr. f.* 875 *ad* 879 *t.*

LVII. Paulus Zimmaturi, ætatis annor. 50 circ. *Pr. f.* 880. *ad* 884 *t.*

LVIII. Illustrissimus D. Don. Emanuel de Silva Marchio Sancti Leonardi ætatis annorum 37 *Pr. f.* 885 *ad* 888.

LIX. Vincentius Pagano ætatis annor. 60. circ. *Pr. f.* 888 *t. ad* 981 *t.*

LX. Perillustris D. Joseph Adorno ætatis annor. 36. *Proces. f.* 892 *ad* 896.

LXI. D. Joacchinus Fiorisi ætatis annorum 26. cir. *Process. f.* 897. *ad* 901.

LXII. Fr. Joannes Pellonio Coadiutor Temporalis Soc. Jesu ætatis annorum 43. *Pr. f.* 901 *t. ad* 904. *t.*

LXIII. Julianus de Stephano Coadiutor Temporalis Soc. Jesu ætatis annorum 72 circiter *Pr. f.* 906 *ad* 921 *t.*

LXIV. Adm. R.P. Vitalis de Vitalis Sacerdos Professus Soc. Jesu ætatis annorum 53 circiter *Pr. f.* 923. *t. ad* 1075 *t.*

LXV. Fr. Franciscus Gagliardi Coadiutor Temporalis Soc. Jesu ætatis annorum. 65 circ. *Pr. f.* 1077 *ad* 1080 *t.*

LXVI. R.P. Hieronymus la Rocca Sacerdos Soc. Jesu, ætatis ann. . . *Pr. f.* 1081. *ad* 1085.

LXVII. D. Joannes de Alexandro, ætatis annor. 45 *Pr. f.* 1090 *ad* 1093.

LXVIII. Antonius Piparo ætatis annorum 30 circit. *Pr. f.* 1093 *t. ad* 1097.

LXIX. Perillustris D. Franciscus Contari, ætatis annorum 38 circit. *Pr. f.* 1097 *ad* 1099.

LXX. D. Theresia Siracusa ætatis annor. 26 *Pr. f.* 1099 *ter. ad* 1101. *t.*

LXXI. R.P. Placidus Brancaccio Sacerdos Soc. Jesu, ætatis annor. 52 *Pr. f.* 1111 *t. ad* 1116.

Digitized by Google

LXXII. Adm. Rev. P. Vincentius Galcanti Sacerdos Professus Soc. Jesu ætatis annorum 40 *Process. fol.* 1111. *ad* 1121.

LXXIII. Fr. Joannes Benisi Coadiutor temporalis Soc. Jesu ætatis annorum 75. *Process. fol.* 1159. *ad* 1162.

LXXIV. Fr. Casinus la Rocca Coadiutor Temporalis Soc. Jesu ætatis annorum 41 circiter *Process. fol.* 1162 *ter. ad* 1165

LXXV. Fr. Nicolaus Morello Coadiutor Temporalis Soc. Jesu ætatis annorum 70 circiter *Peocess. fol.* 1166 *ter. ad* 1169

LXXVI. Elisabetta Adorno, ætatis annorum 34 circiter. *Process. fol.* 1169 *ter. ad* 1272.

LXXVII. D. Onuphria Luparello, ætatis annorum 48 circiter. *Process. fol.* 1172 *ter. ad* 1175. *ter.*

LXXVIII. Dominus Franciscus Luparello; ætatis annorum 52 circiter. *Process. fol.* 1176 *ad* 1178 *ter.*

LXXIX. Dominica Catharina de Blasi, ætatis annorum 55 circiter. *Process. fol.* 1180 *ad* 1182 *ter.*

LXXX. Rosaria de Blasi, ætatis annorum 55 circiter. *Process. fol.* 1183 *ad* 1184 *ter.*

LXXXI. Soror Josepha Polizi Monialis Habitus Sancti Benedicti, ætatis annorum 42 circiter. *Process. fol.* 1185 *ad* 1187

LXXXII. Petrus lo Gianno ætatis annorum 46 *Process. fol.* 1188 *ter. ad* 1192

LXXXIII. Fr. Joseph Picuraro Coadiutor Temporalis Soc. Jesu ætatis annorum 30 circiter. *Process, fol.* 1192 *ter. ad* 1194 *ter.*

LXXXIV. Mathæus Picuraro, ætatis annorum 60 circiter. *Process. fol.* 1195 *ad* 1197

LXXXV. Adm. Rev. P. Ignatius Ascensus Sacerdos Professus Soc. Jesu ætatis annorum 50 circiter. *Process. fol.* 1206 *ter. ad* 1216 *ter.*

LXXXVI. D. Salvator Gozzo ætatis annorum 36 circiter. *Process. fol.* 1222 *ter. ad* 1227 *ter.*

LXXXVII. Oliva Roggieri Vidua quondam Josephi, ætatis annorum 40 circiter. *Process. fol.* 1249 *ad* 1251 *ter.*

LXXXVIII. Adm. R. P. Joannes Scorso Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætatis annorum 71 *Process. fol.* 1252 *ad* 1258 *ter.*

LXXXIX. Illustrissimus D. Vincentius Marziano Civis, et Eques Panormitanus ætatis annorum 54 circiter. *Process. fol.* 1259. *ad* 1262 *ter.*

XC. Adm. R. P. Michael Frazzetta Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætatis annorum 57. *Process. fol.* 1264 *ter. ad* 1331

Digitized by Google

Ex Processu Informativo Panormitano confecto ab anno 1660 ad annum 1662., et compulsato in dicto Processu Informativo anni 1667.

§. 2. Testes alterius Processus Informativi Panormitani, ann. 1660 et seqq.

I. Testis Adm. Rev. P. Ignatius Moncada Sacerdos Professus Soc. Jesu Provincialis Provinciæ Siciliæ ætatis annorum 58 circiter. *Process. fol.* 1370 *ter. ad* 1373 *ter.*

II. Adm. R. P. Philippus Settimo Sacerdos Professus Soc. Jesu Præpositus Domus Professæ Panormitanæ dictæ societatis; ætatis annorum 45 *Process. fol.* 1374 *ad* 1377

III. Adm. R. P. Gaspar Lanzetta Sacerdos Professus Soc. Jesu Magister Novitiorum in Domo Probationis Panormitana dictæ Societatis, ætatis annorum 56 *Process. fol.* 1377 *ter. ad* 1380 *ter.*

IV. Adm. Rev. P. Joseph Ventimiglia Sacerdos Professus Soc. Jesu Præpositus Domus Professæ Messanensis ejusdem Societatis, ætatis annorum ..... *Process. fol.* 1380 *ter. ad* 1384

V. Adm. R. P. Placidus Giunta Sacerdos Professus Societatis Jesu Rector Novitiatus Messanensis, ætatis annorum 70 circiter *Process. fol.* 1385 *ad* 1397

VI. Adm. R. P. Joseph Castelnovo Sacerdos Professus Soc. Jesu jam Provincialis Mediolani etc., ætatis annorum 64 *Process. f* 1397 *ad* 1404

VII. Adm. R. P. Franciscus Blanditius Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætatis annorum 80 circiter. *Process. fol.* 1404 *ter. ad* 1410

VIII. Adm. R. P. Joannes Parisius Sacerdos Professus Soc. Jesu ætatis annorum 78 circiter. *Process. fol.* 1410 *ad* 1413

IX. Adm. R. P. Vincentius Giofalo Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætatis annorum 70 circiter. *Procrss. fol.* 1413 *ter. ad* 1416 *ter.*

X. Adm. Rev. P. Joseph Paterno Sacerdos Professus Soc. Jesu ætatis annorum 70 circiter. *Process. fol.* 1417 *ad* 1420

XI. Adm. Rev. Pater Ludovicus Sponselli Sacerdos Professus Societatis Jesu ætatis annorum 50 circiter. *Process. fol.* 1420 *ad* 1423

XII. Adm. R. P. Balthassas Lucchesius Rector Collegii Narensis Soc. Jesu ætatis annorum ..... *Process. fol.* 1423 *ad* 1429

XIII. Adm. Rev. Pater Joseph Mannus Rector Collegii Soc. Jesu, ætatis annorum 60 circiter *Process. fol.* 1426 *ad* 1429

Digitized by Google

XIV. Fr. Dominicus Bongiorno Coadiutor Temporalis Soc. Jesu, ætat. annor. 50 circ. *Proc. fol.* 1430 *ad* 1433

XV. Adm. R. P. Cosimus Pipi Sacerdos Professus Soc. Jesu ætat. annor. 70 circ. *Proc. fol.* 1433 *ter. ad* 1438 *ter.*

XVI. Adm. R. P. Paulus Frixia Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætat. annor. 46. circ. *Proc. fol.* 1438 *ter. ad* 1442

XVII. Adm. R. P. Franciscus Solito Sacerdos Professus Soc. Jesu ætat. annor. 47 circ. *Proc. fol.* 1442 *ad* 1445

XVIII. Adm. R. P. Joseph Robertus Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætat. annor. 41 circ. *Proc. fol.* 1445 *ter. ad* 1448

XIX. Adm. R. P. Petrus Maria Cigala Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætat. annor. 43 circ. *Process. fol.* 1449 *ad* 1452

XX. Adm. R. P. Placidus Plazza Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætat. annor. 46 circ. *Proc. fol.* 1452 *ter. ad* 1455 *ter.*

XXI. Adm. R. P. Carolus Landolina Sacerdos Professus Soc. Jesu, ætat. annor. 44. circ. *Proc. fol.* 1456 *ad* 1460

